vniuersitas hereticoꝝ q̄ cr̄ lr̄atura sup/
biētes nouas fingūt hereses ⁊ eas nitun
tur ℞bositate p̄bica vel rhetorica defēde
re. iō bñ dr̄ ꝙ cariatseper vōta fuit Da
bir q̄ locutio interp̄r. hāc āt citatē debel
lauit (ꝑ othoniel) qui ꝑm hebre. fuit val
de lr̄atꝰ ⁊ sup caleb dr̄ in ter. ⁊ signū dei
interp̄r ꝓpᷣ qō ꝑ hec ca othoniel signifi
cat hoiez lr̄atū ⁊ eē bonū de q̄ dicit sal.
Math. x. Quicūq; fecerit vo. pa. ꝛc̄. ⁊ per
inᷣpretatōez qui ē signū dei significat ho
minē baptisatū xp̄i signū hñtem Iste ℞o
tres ꝺditiōes fuerūt in beatis Amb. Jer.
augusti. ⁊ Greg. ⁊ plīb⁹ alīs ꝑ q̄s xp̄us
hēticos ofutauit (dedit q̄ ei arā filiā suā
vxorē) ꝑ quā intelligi pōt sapiētia diuina
q̄ dr̄ eꝰ filia Eccl. xvij. Ego ex ore altissimi
prodij ꝓmo. ꝛc̄. hec āt sapia data fuit spō
sa predēcis doctoribꝰ ⁊ alīs filībꝰ hec tñ
sapia q̄ a deo daᷣ in via arens ē. i. desi/
rans clarā visionē p̄rie. iō sequit (dedit q̄

ei caleb irriguū supi⁹ ⁊ irriguū inferius
)per irriguū superi⁹ intelligiᷣ gaudiū de
dina visiōe. ꝑ irriguū inferi⁹ gaudiū de
pena dānatoꝝ quā videt euasisse ¶ C. xvi

Decidit q̄ sors filioꝝ Joseph ꝛc̄.)
In ℞ ca. nō occurrit mihi ali q̄
misticū nōbiᷣ ꝓpᷣ q ℞ ꝑtrāseo

Decidit āt sors tribui manasse ꝛc̄.
Sequiᷣ. j. (salphath ℞o ꝛc̄) Iste
mortuꝰ fuit in debto sine filijs. iō hereditas eꝰ trāsijt ad eꝰ filias de mādato dei
vt hr̄ Nu. xxvij. ⁊ ℞ repetiᷣ cuz dr̄ (dedit
q̄ eis possessionē iuꝝ imperiū ꝛc̄) per pos
sessionē in ēra ꝓmissionis significaᷣ ado
ptio beatitudinis i terra viuēciū ꝑ Josue
℞o figuratꝰ fuit ipse xp̄s vt sepi⁹ ē dictuz
per ℞ ergo ꝙ iosue filiabꝰ salphat q̄ mor
tuus fuit in pcō suo vt hr̄ Nu. xxvij. de
dit possessionē in ēra ꝓmissionis signifi
caᷣ ꝙ pueri maloꝝ parentū nō ꝑuantur
hereditate celesti ꝓpᷣ malicia ipsoꝝ nisᷣ
fuerit imitatores sceleꝝ pr̄noꝝ. lz aliq̄n
ꝑuētur hereditate terrena ꝟz iudiciū hu
manū Itē ꝑ hoc ꝙ hereditas filiabꝰ fuit
data significaᷣ ꝙ in adoptione beatitu/
dinis dr̄aꝝ nō facit distinctio seruū ꝟ me
ritoꝝ. Col. ij. Expoliātes vos veterē ho
minē cū actibꝰ suis ⁊ induētes nouū qui
renouatus ē in agnitionē ℞m imaginē eꝰ
q̄ creauit eū. vbi nō est masculꝰ ⁊ femina
ꝛc̄. (Locutiq; sunt filij Joseph). s. tribus
effraym ⁊ dimidia tribus manasse ꝑ q̄s
significanᷣ status religiosoꝝ ⁊ maxime
mendicantiū. Manasses enī interpretaᷣ
obliuio. religiosi vero mendicantes inter
alios magis obliuisci debent temporaliū
Effraym autez fructifer vel fructificatio
interpretaᷣ In religionibus autē mendi
cantiū diebus istis plures inueniunᷣ apti
ad faciendū fructum animaꝝ (per filios
ergo effraim ⁊ manasse petentes amplia
tionē possessionis sue) significanᷣ religio
si mendicātes petētes per se vel per alios
expresse vel interpretatiue ampliationez
ꝓmotionis in officijs predicandi legēdi
⁊ huiusmodi plus q̄ sūt apti ꝓpter quod
exemplo Josue debent eis prelati dicere.
(Ascende in siluam ⁊ fac tibi spacia.) id
est applica te ad studium sacre scriptu
re ⁊ bone vite. Ut per hec merearis in

dictis officijs dilatari nec ꝓpter difficultatē dñt se excusare q̄r ꝑm poetā labor i/ ꝓbus oīa vincit .C.xix.

Hic simul ponit̄ sensus mistic⁹ duoꝝ capl̄oꝝ xviij. ⁊ xix. ꝓpter ꝯnexionē eoꝝ cū dr̄ (Cōgregati sūt oēs filij isrl̄ in sylo) ꝑ sylo q̄ interp̄tat̄ missus significat̄ dñs nr̄ ihs xp̄s de q̄ dr̄ Gal. iiij. At vbi venit plenitudo tē. misit de⁹ filiū fac. ex muliere. fac. sub lege. vt eo. q̄ sb̄ lege. redim. ⁊c̄. ꝑ h̄ ergo qd̄ dr̄ (Cōgregati sūt oēs filij isrl̄ in sylo) significat̄ congregatio fideliū in xp̄o Mat. xviij. Ubi sunt duo vel tres ꝯgre. in noīe meo in medio eoꝝ sum (ibiq̄ fixerūt tabernaculū dei) ꝑ qd̄ intelligit̄ ecclesia. Apoca. xxi. Ecce tabernaculū dei cū hominib⁹. ⁊ h̄ tabernaculū in xp̄o fixū ē Ma. xvi. Sup̄ hanc pe. edi. eccle. m. Ipse nāq̄ xp̄s fixit h̄ tabernaculū in se ip̄o. ꝑ h̄ āt qd̄ dr̄. ꝙ filij isrl̄ fixerūt. intelligunt̄ apl̄i qui p⁹ xp̄m fuerūt fūdatores ecclesie. vñ apo. xxi. dr̄ ꝙ noīa xij. apostoloꝝ ⁊ agni scripta sūt in portis ciuitatis qua ecclesia designat̄ (remanserāt āt filioꝝ isrl̄. vij. tribus que nōdum acceperāt possessiōes suas) per q̄s significat̄ vniuersitas electoꝝ qui nōdum hñt possessionē in terra viuentiū ⁊ diuidit̄ in vij. trib⁹. i. stat⁹. s. p̄latoꝝ. curatoꝝ. rlericoꝝ religiosoꝝ. p̄ncipū. militum. vulgariū. de q̄libet eni statu sūt aliqui accepturi possessionē in terra viuentiū (Et ascēdit sors p̄ma filioꝝ bēiamyn) q̄ iterpretat̄ fili⁹ dextre ⁊ ꝯuenit statui p̄latoꝝ qui dñr eē in dextera xp̄i. Apo. i ⁊ hēbat in dextera sua. vij. stellas. ⁊ subdit̄ ibidē. vij. stelle āgeli sunt vij. ecclesiarū. i. ep̄i earū (⁊ egressa ē sors filiorū Simeon) qui iterpretatur audiēs ⁊ ꝯuenit statui curatorū qui audiūt sinodalia statuta ab ep̄is ⁊ denūciant suis ꝑrochijs (Ceciditq̄ sors tercia filiorū zabulon.) q̄ interp̄tat̄ habitaculū pulcritudinis ⁊ ꝯuenit statui clericorū in quib⁹ refulgere dz decor hoēstatis (Isachar egressa ē sors q̄rta) ꝑ isachar qui merces iterp̄tatur significat̄ stat⁹ religiosorū qui bō nature ⁊ fortune exponūt ꝓ mercede regni celorū (Ceciditq̄ sors q̄nta tribui aser) qui iterpretat̄ carcer. ⁊ ꝯuenit statui p̄ncipū ad q̄rū spectat officiuz illos q̄s paterna castigatio corrigere ñ pōt vinculis ⁊ carcerib⁹ mācipare (filiorū neptaliz. vi sors cecidit ⁊c̄) neptaliz iterp̄tat̄ dilatatio ⁊ ꝯuenit statui militū q̄rū labore respu. ꝯseruat̄ ac ec̄ dilatat̄ (tribui filiorū dan ꝑ familias suas egressa ē sors vij) Dan interpretat̄ iudiciū ⁊ ꝯuenit statui vulgariū q̄ iudicāt̄ in foro secreto ⁊ publico ⁊ h̄ duplici. s. ecclesiastico ⁊ secl̄ari ¶ C.xx

Et locut⁹ ē ⁊c̄ seq̄t̄ (sepate vrbes fugitiuorū) fuerūt āt vi. citates ad h̄ assignate. s. tres vltra Jordanē ⁊ tres citra. ꝑ iordanē v̄o significatur baptism⁹ eo ꝙ xp̄s ibi fuit baptisat⁹ ⁊ tūc tactu scissime sue carnis dedit vim regeneratiuā aq̄s. ꝑ ciuitates āt refugij significāt̄ remedia ꝯtra pcc̄a ad q̄ dñt pcc̄ores refugē ꝓ salute. añ v̄o baptismū ꝑ iordanē significatū fuerūt t̄a remedia ꝯtra pcc̄a. s. fides parētalis. postea circūcisio carnal̄ a tp̄e Abrahe. ⁊ oblatio legalis a tp̄e legis date vt pz in Leuitico. vbi ꝓ varijs pcc̄is deti̇antur oblatiōes minice. p⁹ baptismū v̄o int̄ alia remedia assignāt̄ t̄a. s. v̄a ꝯtritio. integra ꝯfessio ⁊ debita satisfactio Vel alr̄. s. ieiuniū contra vicia carnalia. orō cōtra pcc̄a spūalia. ⁊ elemosina q̄ ē op⁹ pietatis valētis ad oīa. i. thi. iiij. Cap. xxi.

Accesserūtq̄ p̄ncipes familiarum leuit. ⁊c̄) h̄ agit̄ de ciuitatib⁹ sacerdotū ⁊ leuitarū q̄ fuerūt eis assignate a t̄bub⁹ alijs de possessionibus suis ꝑ qd̄ significat̄ ꝙ p̄latis ⁊ curatis ⁊ alijs deputaris ad diuinū cultuz i noua lege d̄ habitacul̄ ꝯueniētib⁹ ꝓuideri dz ꝑ singulas dioceses de bonis laicorū nō occurrit āt h̄ alia misticatio notabil̄ ꝓpter qd̄ ꝑtrāseo. .C.xxij.

Eodē tp̄e vōuit iosue rubenitas ⁊c̄.) h̄ agit̄ de reuersione tribuū ruben. ⁊ gad ⁊ dimidie tribub⁹ manasse ad sortes suas vltra iordanē ⁊ p⁹ iosue ꝯmēdat eos d̄ obediētia ad dm̄ ⁊ ad moysen ⁊ ad seip̄m. dic̄ (fecistis oīa ⁊c̄) ꝑ qd̄ oñdit̄ ꝙ lz opa v̄tutuz in p̄ncipio ñ sint ꝯmēdāda ꝓpt̄ du^m de ꝑseuerātia ꝓut dc̄m fuit. s̄. Leui. xix. tñ qñ ꝑseuerātia manifestat̄. sicut fac̄ in ꝓposito.

dñt ɔmendari. Ambro. in ꝑmone de cō/
fesso. pōtifice. lauda nauigātis felicitatē
ꝫ cum ꝑuenerit ad portū. lauda ducis ꝟ
tutem. ꝫ cum ꝑductꝰ est ad triumphū.
Secundo inducit eos ad obseruantiam
diuine legis cū dicit (ita dūtaxat ꝛc̄) ⁊ vt
de bonis adquisitis liberaliter diuidant
fratribꝰ suis qui remāserant ad terrā cu
stodiendā cū dicit (In multa sba atque
diuicijs reuertimini ꝛc̄) ꝑ hoc āt significa
tur ꝙ bona spūalia que alijs cōicata nō
minuunt ꝫ potiꝰ augent liberaliter sunt
cōicanda. hoc aūt dixit Josue in recessu
predictoꝝ vt eius ꝟba in eoꝝ cordibꝰ ar
cius remanerent impressa (Tunqꝫ venis
sent ad tumulos Jordanis ꝛc̄) ꝑ hoc aūt
ꝙ edificauerūt altare in terra canaan su
per Jordanē in testimoniū ꝙ ipsi ⁊ eorum
filij haberent ius accedēdi ad terrā pro/
missionis pro cultu dei priusqꝫ intrarent
suas hereditates ⁊ viderent filios suos
⁊ vxores significat ꝙ fideles ante oīa de
bent eē soliciti de cultu debito ipsius dei.

Capitulū xxiij.

Eꝟoluto aūt multo tpe) In hoc
ca. Josue debellatis aduersarijs
ꝑ maiori parte inducit populū
ad dei timorē ⁊ ꝟuitutē ꝓmittens eis ꝙ
si fideliter hoc fecerint de remanentibus
aduersarijs triumphabūt per hoc autem
significat ꝙ quilibet bonꝰ ꝑlatus qui ꝑ
Josue significatur suos subditos solicite
monet ad dei reuerentiā ⁊ amorē ⁊ cum
videt eos de vicijs aliquibus triūphasse
ɔfortat eos in dño. ꝓmittens eis ꝙ cum
dei adiutorio de alijs triūphabūt. Pōt
aūt hoc ⁊ aliter exponi de ꝑsona singu/
lari vt ꝑ Josue synderesis intelligat que
malo remurmurat ⁊ ad bonū semꝑ in/
clinat ꝓpter qd̄ incitat intellectū ⁊ volū
tatem ad debellationē motuum sensitiue
partis inordinatoꝝ ⁊ post debellationem
vniꝰ ꝑtis sensitiue. s. irascibilis ꝛ ɔcupis/
cibilis incitat cum dei adiutorio ad de/
uincendū passiones alteriꝰ ꝑtis ¶ C. xx.

Congregauitqꝫ Josue oms tribꝰ
ꝛc̄) ꝑ Josue q̄ tpe sue mortis ap/
propinquāte ɔgregauit tribus
isrl ⁊ eis explicauit legē dei ⁊ mādata et
fedus inter deū ⁊ ꝓplm renouauit vt hr̄

in hoc ca. significat bonꝰ ꝑlatus secula/
ris vel religiosus q̄ tpe sue mortis dꝫ su
os subditos monere de ꝑseuerātia in bo
no qꝛ tūc ꝟba sua in cordibꝰ audientium
remanēt fortiꝰ impssa. sic ei fecit moyses
vt pꝫ in li. Deut. q. ꝑ totū. ⁊ similit xp̄us
discipulos suos vt hr̄ Jo. xvij. ⁊ silr bea/
tus Frāciscus ⁊ btūs dñicus. ⁊ silr plēs
alij pr̄es sācti ꝓut scribit in eoꝝ legēdis

Explicit liber Josue.

Incipit liber Judicū.

Post mortē Josue ɔsuluerūt
filij isrl dñm dicētes. quis
ascēdet añ nos ɔtra Cana
neū ⁊ erit dux belli. dixitqꝫ
dñs Judas ascēdꝫ) Allego
rice ꝑ Judā significat dñs
nr̄ ihs xp̄s q̄ ꝟm carnē est de tribu iuda
ꝓut declarat Math. i. ⁊ ad Rō. i. dicit d̄
ipo q̄ fcūs est ex semie dd̄ ꝟm carnē. ipe
nāqꝫ ꝑ nobis ascēdit crucē ⁊ ibi debella
uit (Cananeū) i. hūani generis inimicum
cū satellitibꝰ suis (fugit āt adonibezeth)
q̄ interp̄r dñs fulguris ꝓpt qd̄ significat
dyabolū qui fideles nitit ictu fulguris ꝑ
cutere inducēdo eos ad pccꝫ mortale qd̄
fetet corā deo ⁊ angel sicut ignis fulgur.
hūc āt fugauit xp̄s (lxx. reges ꝛc̄) ꝑ. lxx.
reges q̄s adonibezeth tenebat captiuos
significāt hoies de lxx. idiomatibꝰ q̄s di
abolꝰ tenebat inclusos q̄s xp̄s ꝑ ꝟtutē
sue crucis liberauit. Moralit āt ꝑ iudā q̄
intꝑpretat ɔfessio significat quilibꝫ ɔfitēs
Est aūt duplex ɔfessio. s. ꝓprioꝝ pccoꝝ ⁊
diuine laudis ⁊ vtraqꝫ ɔfessio p̄cedē dꝫ
in expugnatiōe demonis ⁊ vicioꝝ. de q̄
dic̄ Sene. pacē hēto cū hoībꝰ ⁊ cū vicijs
bellū. ⁊ ꝓpt duplicē ɔfōem p̄dcāꝫ vñ q̄ri
tur (q̄s ascēdit añ nos ꝛc̄) Rn. dñs iudas
ascēdet) Seq̄t (⁊ ait iudas Simeoni fr̄i
suo ascēde mecū) ꝑ simeonē q̄ audiēs int
pretat obedia dīnis p̄ceptis ⁊ ecc̄e signi
ficat q̄ ɔfōne pccoꝝ ⁊ laudis dīne debꝫ
adiūgi in dēonis ⁊ vicioꝝ expugnatiōe
et sic adonibezeth ꝑ q̄ vt dēm ē demō si
gnat cū suis satellitibꝰ superat (pergēsqꝫ
iudas ɔtra cananeū q̄ hitabat in ebrō)
Mōlitas āt huiꝰ historie posita ē. s. iosue
xv. capitulo. Caplm. ij.

Ascendit⁊ angel⁹ dei ⁊c.) ꝑ istū angelū qui de pcīs ꝺmissis arguit populū significaꝫ bon⁹ ꝓlatus vel ꝓdicator arguēs efficaciter pcā ꝓpli ⁊ eū deducēs vsq; ad lacrimas vere ꝺtritionis.iō subdit.(Cūq; loq̄ret āgelus dei ꝟba h ad oēs filios isrl. eleuauerūt vocē suā ⁊ fleuerūt)⁊ q̄ nō sufficiūt lacrime ꝺtritōis de cōi cursu.nisi sequātur opa satisfactionis iō subdit(Immo lauerūtq; ibi hostias dño)Ro.xij.Obsecro vos ꝑ misericordiā dei vt exhibeatis corpa vra hostiā viuentē scām deo placentē ⁊c.(Suscitauitq; dns iudices qui liberarēteos de uastātiū manib⁹)ꝑ istos iudices figurati fuerūt ecclesie sancti pōtifices ⁊ doctores quoꝝ ꝓcibus ⁊ meritis ⁊ laborib⁹ de manib⁹ demonū freq̄ter liberat⁹ fuit ꝓplus xp̄ianus ⁊ aliquā do a corpalib⁹ inimicis. sicut ꝑ merita beati basilij liberat⁹ fuit a ꝓsecutiōe Juliani apostate ⁊ ꝑ merita beati siluestri a ꝓsecutione ꝺstantini ⁊ alioꝝ qui tunc ecclesiā ꝓsequebant⁊ ꝺsimilia facta sūt frequēter ꝓcib⁹ ⁊ meritis aliq̄ꝝ sanctoꝝ

Hē sunt gētes q̄s dns (I.T.iij. dereliq̄t vt erudiret i eis israhelē)s.i exercitō ꝓliādi ꝑ q̄s spūaliter intelligunt ea que nos impugnāt de pcīs ⁊ resistēdo viriliter i spūalib⁹ plīis (q̄nq; satrapas philistinoꝝ)ꝑ q̄s intelligūtur v.sensus exteriores nos ad vicia impellētes Tre.iij.Oculꝰ meus depꝺat⁹ ē aiam.m.⁊ sicut ē de visu. ita ē de alīs sensib⁹ ꝓpter qd̄ dr̄ Jere.ix.Ingressa est mors ꝑ fenestras meas(oēs q; cananeū)q̄ interp̄tatur ꝺmutat⁹ ꝓpter qd̄ significat mundū in ꝺtinua mutatione posituꝫ cui⁹ ꝺcupiscentia nos ꝓpugnat(⁊ sidoniū.qui interp̄taꝫ venator. tō signat carnis insultū q̄ ꝺtinue sibi delectabilia venaꝫ.Job xxxix.Circūspicit mōtes pascue ⁊ virētia queq; ꝓquirit(atq; cucū.) qui inēpretaꝫ fer⁹ vel pessim⁹ ideo signat dyabolū de q̄ dr̄.i.De.v.Aduersari⁹ vr̄ dyabol⁹ tā.le.ru.clr.q̄. quē deuoret cui resis.for.in fide.p talē eni resistentiā adquirūt fideles glorie coronam ij.Thi.ij. Nō coronabit niſi qui ltime certauerit(

qui interp̄tatur nigredo tenebrosa ꝓpter qꝺ significat infernū q̄ tenebat inclusos pres antiq̄s(Et clamauerunt ad dñm) cū magno desiderio querētes liberari (q̄ suscitauit eis saluatorē⁊ liberauit eos othoniel)qui ēpretaꝫ signū dei. iō significat xp̄m de q̄ dr̄ ysa.xi.Radix yesse qui stat in signū ꝓplorꝝ ipm gētes deprecabūtur.ipe nāq; pres seōs de inferno liberauit(audierūt aūt filij isrl facere maluꝫ in ꝺspectu dei qui ꝺfortauit aduersꝰ eos eglon)q̄ interp̄taꝫ rota iō significat vicium instabilitatis cui subiacebāt filij isrl nā habita modica ꝓsperitate eleuabāt in superbiā dra dñm ad ydolatriaꝫ declinātes ⁊ aduersitate occurrēte deiciebātur nimis ꝑ tristiciā(iō de⁹ suscitauit eis saluatorē vocabulo ayoth)de q̄ subdit. q̄ vtraq; manu vtebatur ꝑ dextra(Imoralr.aūt talis ē q̄ bñ se hēt in ꝓsperis et aduersis.q̄ de ꝓsperis nō eleuaꝫ ꝑ superbiā.ꝫ magis humiliatur deo gras agendo ⁊ indignū se tātis bonis reputādo.similit in aduersis nō frāgit ꝑ impacientiā ꝫ magis in bono ꝑ virtutē pacie firmaꝫ ⁊ sic eglon.i.istabilitatis viciū supaꝫ(post hūc fuit sangar q̄ percussit ꝺ philisteos vi. viros vomē) ē ār vomer instrm ad aperiendā terrā ꝓ seminatōe⁊ fructificatione ⁊ iō signat verā ꝺfessiōez ꝑ q̄m apiēra cordis nr̄i ꝑ bōi opis fructificatiōe g°vomē philistei pcutiūt q̄n ꝑ verā ꝺfessionē vicia abiciūt.q̄ ār ꝑ philisteos vicia significēt pz q̄ philistei inēptātur cadētes.vicia ꝺo vel pcā cadē faciūt hominē de vno in aliꝺ.vñ Greg.Pcē q̄ꝺ ꝑ pniaz ñ diluit mor suo pōdere ad aliꝺ trahit⁊ finalr pcā trahūt ad pēaz iferni

Adiderūt q; filij isrl)se (I.T.iiij q̄tur(erat ār delbō ꝓphes ⁊c) ꝑ delboraā q̄ inēpr apis ⁊ isrl tuꝺ cabat signaꝫ bon⁹ ꝓncepſ.vel ꝓlat⁹.apis ei hz aculeū pūgentē ⁊ facit mel ꝺsolatiōnē dantē ⁊ in bono ꝓlato vl ꝓncipe dz eē rigor iusticie ⁊ dulcor mie. Grego. in pastorali ineē bonis rectorib⁹ dz.iuste cōsulēs mia.⁊ pie feriēs disciplina.ne iusticia nimis fit aspa ⁊ pietas fit remissa.fit ergo amor.ꝫ ñ emolliēs.fit rigor. ꝫ ñ exasperās.fit zelus.ꝫ nō imoderate seuiēs

sit pietas ꝫ nō plus q̄ꝫ expedit parcēs. talis aūt p̄nceps vel p̄lat⁹ vocat viros aptos ad pugnandū (otra sysarā) i. otra diabolū. q̄r sysara interp̄tat exclusio gaudij. dyabol⁹ āt nititᵉ excludere fideles a gaudijs paradisi. hoies āt ad pugnā dū apti otra dyabolū sunt hoies vite laudabilis ꝛ doctrine ꝛ zelatores iusticie. q̄r tales pñt efficaciᵉ p̄dicare et sana consilia dare et vicia punire ꝓpter qđ significatᵉ (per barak) q̄ fulgur interp̄tat vel coruscatio q̄m seq̄tᵉ (tonitruū) ꝛ iō significat fulgorē bone vite ꝛ sonū sane doctrine. simiᵉ p barak significāt hoies q̄ sūt discreti ꝛ iusti eo q̄ fulgēt industria naturali ꝛ tonāt sinia iudiciali. ꝓpᵉ q̄ sūt ad pugnandū otra iniusticiā valde apti. liz āt in manib⁹ barac traditus fuerit sysara debellādus nō tñ per eū totaliᵉ otezend⁹ ꝫ hoc fuit reseruatū fcie. s. ipsi Jael. vt dr̄ in textu q̄ cū clauo ꝛ martello otriuit caput ei⁹ iō p ipam figurata fuit ꝟgo maria de q̄ scribit Gene. iij. Ipa oteret caput tuū qđ ibiđ dicit diabolo eo q̄ cōtritio demonis q̄ p serpentē ꝛ sysarā significat fuit beate ꝟgini reseruata Ca. v.

Decinerūt delbora ꝛ Barac cāticum ꝛc) liz āt plures expōnes mistice sup istud canticū a doctoribus sint posite tñ q̄r canticū istud ē gracia᷑ actio de triūpho de Sysara habito videlicᵉ q̄ hec sit p̄ncipal᷑ expositio mistica .s. q̄ in hoc habem⁹ documentū regraciandi dño q̄tienscūq̄ꝫ p eius auxiliū triūphā⁹ de dyabolo ipsi⁹ tentationē superādo vel de aliq̄ vicio supato. vel etiā de q̄cunq̄ꝫ dei bñficio nobis misericorditer collato Resonū ꝟo ñ videᵉ cē nisi lr̄alis expositio bñficij dīni ex victoria secuta.

Capitulū Sextū.

Fecerūt āt filij isrl malū in ospcū dei q̄ tradidit eos in manu Madian) p madian q̄ iterp̄r iniquitas diabolus signat᷑ qui ꝓpᵉ excellētiaꝫ malicie nō solū iniqu⁹ ꝫ eē iniquitat᷑ noiat᷑. p exercitū ꝟo madian diaboli satellites intllīr (Inherb odta vastabāt) p has intllīr iicia bōꝝ opeꝝ q̄ dēones nitūᵉ destruē ne fruat⁹ bo⁹ inde seq̄tᵉ. ꝫ otra madian ꝛ ei⁹ exercitū a deo mittit gedeon. p q̄ allegori ce xp̄s significat᷑ q̄r gedeō inᵏ p̄r circuiēs in vtero qđ bñ denit hōi xp̄o. nā ab instāti sue deceptiōis fuit vir p̄fēs scientijs ꝛ ꝟtutib⁹ vtero ꝟginali circūdat⁹ Jere. xxi. Creauit de⁹ nouū sup terrā feia circū. vi. ꝛ sic xp̄s ꝫ q̄ hō fuit vir circuiēs i vtēo huic āt dr̄ (dñs tecū viroꝝ fortissime) nā cū eo fuit de⁹ i vnitate p̄sone ꝓpᵉ qđ vōr⁹ ē emanuel. ipse gedeō destruxit arā baal ꝛ nouū sacrificiuꝫ obtulit vt in tex. dr̄. p qđ fuit figuratū q̄ xp̄s p se ꝛ p discipulos idolatriā destruēt ꝛ eucaristie sacrm istitueret q̄ vide⁹ eē dpleta. Gedeō ecē sua p̄ce fecit rorē in vell⁹ descēdere. p rorē āt ꝟbū p̄dicatōis intllī Deu. xxxij. fluat vt ros elo. m. vell⁹ ē vestimētū ouis ꝓpᵉ qđ significat ꝓpꝫ iudaicū qui dicebat grex ouiū dñi añ aduentū dei. p ꝫ āt q̄ gedeō rorē descēdere fecit i vell⁹ figuratū fuit q̄ xp̄s in p̄sona ꝓpria erat tñ iudeis p̄dicatur⁹ ꝓpᵉ qđ dic̄ Matꝫ. xv. Nō sū missus nisi ad oues ꝛc̄. tūc ecē dixit discipulis ad p̄dicandū missis Matꝫ x. In viā gentiū ne abieritis. ꝫ potiꝰ ite ad oues q̄ perierūt dom⁹ isrl. ꝛ sic ros p̄dicatōis fuit tñ in iudea q̄ p vell⁹ significat᷑ ꝛ gentilitas fuit sicca q̄ p areā significat᷑ verūtamē q̄r postea iudea ꝟbū dei repulit ꝛ gētilitas illō deuote recepit ꝓpᵉ qđ paul⁹ ꝛ barnabas iudeis ostāter dixerūt Act. xiij. Vobis oꝑtebat p̄mū loq̄ ꝟbū dei ꝫ q̄m repellitis illō ꝛ indignos vos iudicatis eterne vite. ecce duertimur ad gētes. sic eni p̄cepit nobis de⁹ ꝛ tūc fuit ros in area. i. in gētilitate ꝛ siccitas in vellē i. in iudea p vell⁹ significata vt dic̄ ē. Mozaliter āt p gedeonē studios⁹ in saᵉ scriptura significat᷑ q̄r ñē dic̄ ē gedeon circuiēs in vtero interp̄r vter⁹ aūt in q̄ dscipiūᵉ ꝛ nutriūᵉ ecce filij. spāliᵉ lr̄ati ē saᵉ scriptura vñ sup illō p̄s. Errauerūt ab vtero dicit Aug⁹. i. a lege. hunc autē vteruꝫ circuit studiosus per diligentē inquisitionē. iste etiam sicut alter Gedeon (destruit aram baal) falsam doctrinam confutando et aliam aram construit. sanam doctrinaꝫ dfirmando. ipse etiā deo p̄ncipaliᵉ operāte ros dini ꝟbi influit in vell⁹ simplicib⁹ christianis predicādo q̄ p vell⁹ signāt ꝛ vellus rorare cessat quando ex feruore

deuotionis se trāsfert ad p̄oicandū insi
delib⁹ p̄ aream significatis ꝙ tūc ros ei⁹
in area. ꝙ nō in vellere qz in duob⁹ locis
nō p̄ot simul eē.

Capitulū vij

Igitur Jeroboal qui ꝙ gedeō) p̄ quē vt di
ctū est xp̄s significaꝛ pergēs ad preliū cō
tra Madian p̄ q̄ vt predicm ē dya⁹ signi
ficaꝛ p̄mo suos bellatores exaiat ad vidē
dum q̄ sūt apti ad sequēdū ip̄m excludū
tur āt timidi cū dr̄ (qui formidolos⁹ ꝙ ti
mid⁹ē reuertaꝛ ꝛc̄) ꝙ sic fuit de discipulis
xp̄i q̄z plures dixerūt Jo. vi. dur⁹ ē h̄ ser
mo quis p̄ot eū audire. ꝙ subdiꝛ. ex hoc
āt multi discipulorz ei⁹ abierūt retro. et
sic ē de christianis carnalib⁹ qui nō p̄nt
eū seq̄ p̄ viā austeritatis pnie. Secdo exa
minauit Gedeon bellatores p̄ modū po
tatiōis. cū dr̄ (qui lingua lābuerit aq̄s ꝛc̄
) p̄ illos ei qui biberūt flexo poplite figni
ficanꝛ illi q̄ ad hauriendū hui⁹mōdi bō
sūt nimis effusi ꝙ illi nō sūt apti ad seq̄n
dū xp̄m p̄ viā pauptatis ꝙ sufficiētie per
illos āt qui biberūt manu aq̄m ad os p̄
sciēte. signātur illi q̄ de bonis hui⁹ mōdi
accipiunt q̄ztū sufficiē ad necessitatē ꝙ illi
sūt apti ad sequēdū xp̄m i bello otra dia
bolū. p̄ quē qz dic̄ ap̄o. heb. xij. Deponē
tes oē p̄d⁹ ꝙ circūstās nos pcm. Curra
mus ad p̄positū nob certamē aspicie
tes i auctorē fidei ꝙ cōsumatorē ih̄m pō
dus āt impedies est supabundātia tpa
liū. Grego. ō. xxxv. Terrena nāq̄ sba pō
dus ē ñ subsidiū. isti vo cū xp̄o vadūt ad
preliū ꝙ vincūt in trib⁹. s. (in fractiōe la
genaz) p̄ quā significaꝛ carnis macera
tio p̄ q̄m caro nra q̄ terrena ē a dñio o
teriꝛ ꝙ spūi subiugaꝛ. p̄ quē qz dic̄ salua.
Mat. xvi. Si q̄s vult p⁹ me ve. ab. se. ip.
ꝙ tol. cru. ꝙ seq̄ꝛ me (Et incēsiōe lāpada
rū) p̄ q̄m significaꝛ exēplaris opatio lucē
xij Sint lum. vñ p̄cin. ꝙ lucē. ar. in ma. v
qz exp̄o. Greg. ō. xxxij. dic̄. lucernas q̄p
pe ardētes i manib⁹ tenem⁹ cū bō opa
p̄ris nr̄is lucis exēpla. mōstram⁹ ꝙ tles
sūt apti ad seq̄laz xp̄i Jo. viij. Ego sū lux
mūdi q̄ sequiꝛ me ñ am. in te. ꝛ ba. lu. vi
(Et in sonatōne tubaz) p̄ q̄m significaꝛ
son⁹ p̄oicatoris ysa. lviij. Clama ne ces. q
tuba exal. vo. tu. ꝙ an. po. meo sce. eo. ꝛc̄
ꝙ h̄ mō p̄oicabat xp̄s p̄ gedeonē figuri
catus Jo. vij. In nouissimo aūt die ma
gno festiuitatis stabat ih̄s. ꝙ clamabat
si quis sitit veniat ad me ꝙ bibat. ꝙ hūc
modū p̄oicādi secuti sūt p̄oicatores cu
angelici p̄pter qō p̄oicāt p̄plis stādo et
clamando.

Capitulū octauū

Exterūtq̄z ad eū ꝛc̄. sequiꝛ. cunq̄z
veniss̄et gedeon ad Jordanē trā
sfluit ꝛc̄) p̄ Gedeonē qui debella
tis hostib⁹ in cāpo p̄secut⁹ est cos fugiē
tes vsq̄z ad locū in q̄ credebāt eē securi.
put in textu dr̄. dñs ih̄s xp̄s significaꝛ
qui post eiectionē demonū de corporib⁹
obsessis i mūdo intm̄ q̄ siꝛ ꝙ semel eiecit
legionē. que facit sex milia vi. centa. lxvi
vt h̄ Marci v. postea trāsiuit ad eoz lo
cum. s. infernū ad ip̄os depdandō (per vi
ros socoth) qui gedeoni exprobrauerāt
p̄ñt intelligi vulgares iudeoz. qz socoth
inꝛpretaꝛ tabernacula ꝙ ió viri socoth.
idē ē qō viri tabernaculoz. sic āt nomi
nari p̄ñt vulgares iudeoz eo q̄ dixerūt
ij. &. xi. Que nobis ps in dauid aut he
reditas in filio ysay. Reuertere in taber
nacla tua isrl. ip̄i vo exprobraueꝛt xp̄o
p̄ Gedeonē significato Matḥ xxvij. Pre
tereūtes āt blasphemabāt eū mouentes
capita sua ꝙ dicētes. Vah qui destruis
templū dei ꝛc̄. (p̄ viros phanuel) Intelli
guntur scribe ꝙ sacerdotes. phanuel eni
inꝛpretatur facies dei ꝙ p̄m Grego. sup
Ezech. facies ad noticiā p̄tinet. ipsi vēo
noticiā dei p̄ legē ꝙ p̄phetas habuerūt
ꝙ ipsi similiꝛ exprobrauerūt xp̄o dicētes
Alios saluos fecit se ip̄z sal. ñ p̄ot ꝛc̄. vbi
s. ꝛ sicut gedeon exprobrat⁹ trāsiens ho
stes debellauit sic saluator nr̄ post oppro
bria in cruce sibi illata per mortē suā ad
infernū descēdit ꝙ ibidē demones simpli
citer dñauit ꝙ sicut Gedeon habita victo
ria de madian. destruxit viros socoth et
phanuel. sic saluator nr̄ post triūphū de
demonib⁹ ꝙ ascensionē ad celos populū
iudeoz ꝙ sacerdotes destruxit p̄ Roma
nos ꝙ templū p̄ (turrez phanuel) signifi
catū concremauit

Capl̄m ix.

Abijt aūt abimelech ꝛc̄) hic duo
describunꝛ. s. ipsius Abimelech
p̄motio maligna ꝙ eius punicō
digna Circa p̄mum dr̄) Abijt āt abime

lech filiꝰ Jeroboal in ſichez) vt ꝑ cognationē matris ſue ꝓpīm inclinaret ad ſuā ꝓmotionē cum tñ eſſet filiꝰ ancille ⁊ ſic indignus ꝓmotione per qđ ſignificat ꝙ indigni ꝓmotionibus frequēter eas plꝰ ambiūt q̄ illi qui ſūt digni. per hoc autē qđ dixit (Confiderate ꝙ os vr̄m ⁊ caro ſum) ꝙ ipſi fecerūt ex quo patet ꝙ eiꝰ ꝓmotio nō fuit ꝓpter perſone bonitatem. ꝛ carnalitatē. ⁊ per iſtos ſignificātur illi qui ratione cognationis vel patrie vel alterius cuiuſcunq̄ cauſe que nō facit ad bonitatē electionis eligunt aliquē ad dignitatē eccleſiaſticā vel ſecularē nō hñtes reſpectū ad honorē dei ⁊ cōem vtilitatē (dederuntq̄ illi lxx. pondo argenti) per qđ ſignificant illi qui nō ſolū eligunt male ꝛ etiā pro tali electione ꝓmouendo expenſas magnas faciūt. (Et occidit frēs ſuos ⁊c̄) per qđ ſignificat ꝙ illi qui male ſunt ꝓmoti deprimere ⁊ annihilare bonos nituntur. Circa ꝟm. ſ. punitionē Abimelech dignā. premittit parabola de oliua ficu ⁊ vinea recuſantibus ſup alias arbores ꝓmoueri. ⁊ per hoc ſignificantur tria genera hominū dignitatē regis refugientiū. Primi ſunt deuoti querētes in oratione ⁊ diuinis obſequijs occupari a quibꝰ retrahit cura regiminis q̄ cauſat diſtractionē mētis ⁊ iſti ſignant ꝙ oliuam ꝑs l. Ego āt ſicut oliua fructi. in do dñi. Sc̄di ſunt homines in ſacra ſcriptura ſtudioſi de qua dicit Ecc̄. xxiiij. Sꝑs meꝰ ſup mel dul. ⁊ her. mea ſup mel ⁊ fa ⁊ ideo in ea ſtudioſi refugiunt per curaz regiminis ab eiꝰ dulcedine ſeparari ⁊ iſti ſignificant (per arborē ficū) que rñdit nū quid poſſum deſerere dulcedinē meā ⁊c̄. Tercij ſunt hoies vere humiles qui non reputāt ſe dignos ꝓmotione ad regimē alioꝛ ꝓpter qđ hoc refugiūt q̄tū bono modo poſſūt ⁊ iſti ſignificātur per vitem que lz nō poſſit ſe ſuſtinere ꝛ ab alio fulcitur tñ ex ea fructus optimꝰ ꝓducitur ſic vere humilis per aliū regi ⁊ ſuſtentari q̄rit ⁊ frēm optimū facit. d. (nunq̄d poſſū deſerere vinū meū qđ deuz letificat ⁊ homines ⁊c̄) humilitatis eni fructus eſt valde placēs deo ⁊ hominibꝰ. ꝓpter qđ beata ⁊go maria ꝓpter humilitatē ad ꝺcipiendū dei filium fuit elēa ſic̄ ipa dicit Lu. i. Reſpexit hu. an. ⁊c̄. (Dixeſtq̄ oia ligna Ramnuz ⁊c̄) pramnū que ē arbor pua ⁊ ꝓmo mollis ē ſic̄ herba. poſtea ⁊o ſpinaſ hz ſignātur hoies indigni ꝓmotione ꝓ moueri tñ ꝓcurāt multiplici fictione et grauiter pungunt ⁊ ignem diſſenſionis emittūt q̄ ipſi ⁊ ꝓmotores ſui deſtruunt ſic̄ cōtigit Abimelech ⁊ habitatoribꝰ ſychen q̄ male ꝓmouerant eum in regē ⁊ vtinā alīs filibus ſic ꝺtingat Ca. x.

Poſt Abimelech ſurrexit dux in iſrahel thola ⁊c̄.) In h̄ ca. m̄ ñ occurrit aliq̄d exponēm miſtice qđ ſit alicꝰ momēti ꝓpter qđ ꝓtrāſeo Ca. xi

Fuit in illo tpe Jepte galadites ⁊c̄) In hoc ca. lr̄a nr̄a diſcrepat in pluribꝰ ab hebraica. primo in hoc qđ dicit (filiꝰ meretricis mulieris) hebrei dicunt (filius mulieris hoſpitatricis.) Sc̄do in hoc qđ dicit (de adultera mr̄e generatꝰ es) hebrei ⁊ libri nr̄i correcti hñt (de altera mr̄e natꝰ es) Tercio in hoc qđ dicit (Cōgregatiq̄ ſunt viri inopes ⁊ latrocinātes) hebrei nō hñt latrocinātes ꝛ tm̄ viri inopes. Ego aūt intēdo caplm iſtud expenere miſtice ꝟm lr̄az hebraicā q̄m reputo veriorē Jgit per Jepte qui dr̄ (vir fortiſſimꝰ) allegorice ꝑt intelligi dñm nr̄ ihs xp̄s qui tāte fortitudinis ē ꝙ portat oia ⁊bo ⁊tutis ſue. vt dr̄ ihe bre. i. ⁊ bene dr̄ filiꝰ (mulieris hoſpitatricis) i. ⁊ginis marie q̄ ex plenitudine ſue pietatis recipit oēs ad eā debite recurrentes in hoſpicio ſue mie. Per. Maria omibus oia facta ē ſapientibꝰ ⁊ inſipiētibus debitricē ſe fecit oibus ſinū miſericordie aperuit vt de eiꝰ pleitudine acciperēt vniuerſi q̄ bñ dr̄ (altera mr̄) i. alteriꝰ ꝺditionis q̄ cetere mres. nā ipa ſola mat eſt et ⁊go. hūc āt (Jepte) ſ. ihm xp̄m (reprobauerūt frēs ſui) ſ. iudei q̄ erat frat ꝟm carnē (et ipe fugit ab eis) In pſecutōe herodis Mat. ij (et in pſecutiōe ciuiū ſuoꝛ) q̄ voluerūt eū ꝓcipitare de ſupcilio mōtis. ſup ꝙ fūdata erat citas eoꝛ vt hr̄ Lu. iij (et ꝺgregati ſē ad eū viri inopes. i. apli ⁊ alij diſcipuli ꝓpter ipm oia dēlinquētes) pretexerūt aūt maiores natu de galaad vt tollēt in auxilium ſui Jepte.) Per iſtos

maiores possunt intelligi iudeorū docto
res quorū aliqui recurrerunt ad eius au
xilium ante passionē suam credentes eū
vt nathanael Jo.i.et Nicodem⁹ qui erat
magister in israhel Jo.iij.⁊ plures alij q̄
rum nomina nō exprimūtur in euāgelio
de quibus dicit Jo.xi.de p̄cipibus aūt
multi crediderūt in eum ⁊c.⁊ loquit eu
angelista de tpe ante xp̄i passionē vt pa
tet intuenti(reuertēte aūt Jepte ⁊c.) per
reuersionē Jepte post triumphū ꝺ aduer
sarijs significatur reuersio christi p̄ suā
resurrectionē ab inferis demonibus su
peratis(occurrit ei vnigenita filia ⁊c) p̄
q̄m significat ecclesia vnigenita xp̄i filia
(Cum tympanis ⁊ choris).i. laudibus
diuinis de victoria xp̄i quā Jepte imola
uit dño nō per occisionē corp̄is ꝑm heb
ꝛ per obseruantiā virginitatis sicut ple
nius dixi sup̄ locū istū in expositione litte
rali. Ecclesia ꝺo virgo est per integrita
tem fidei ⁊ est imolata dño spiritualiter
per hoc q̄ ē diuinis laudibus dedicata
vñ dr̄ p̄s.xlix.imola deo sa.lau.⁊ iteruꝛ
p̄s.l. Sacrificiū deo spūs contri. Sunt
etiā in ecclesia mlte p̄sone imolate dño
p̄ obseruantiā ꝺginitatis. sicut filia Jepte
⁊ etiā multe p̄ p̄fessionē in religione q̄ ē
quedā mors ciuilis p̄pter q̄ religiosi di
cunt mūdo mortui ⁊ p̄ talib⁹ subdit (fi
lia mi decepisti me ⁊ ipa decepta es) qꝺ
nō p̄t intelligi ꝑm veritatē ꝺ xp̄o qr de
cipi nō p̄t cū sit ipa ꝺitas Jo.xiiij. Ego
sum via veritas ⁊ vita.ꝛ tm̄ ꝑm estima
tionem infideliū potissime iudeoꝝ q̄ cre
dūt xp̄m fuisse p̄phetā falsū⁊ sic decepis
se ecclesiā sibi aggregatā ⁊ etiā ipm̄ de
ceptū fuisse aggregādo sibi ꝓpꝛ ex appe
titu vane gle.silr q̄tū ad p̄sonas religio
sas ꝑm estimationē falsā hoim mūdano
rum ē ibi deceptio ex vtraq̄ p̄te naꝝ reli
giosos estimāt deceptos.eligēdo sibi ta
lem vitā p̄pter xp̄m ⁊ silr xp̄m ab eis de
cipi specialiē a mēdicātib⁹ religiosis q̄s
reputāt ypocritas hñtes spēm religiosi
tatis p̄pter questū ⁊ nō p̄pter xp̄m.⁊ sic
faciūt xp̄o barbā de straminib⁹ ꝑm estia
tionē maloꝝ.⁊ sic dr̄ decepisti me ⁊ ipsa
decepta es.p̄ talē ꝺo modū loquēdi dic
it Jē.xxv. Seduxisti me dñe ⁊ seduct⁹ sū

Jeremias enī erat p̄pha sc̄us ⁊ per dñs
erat certus q̄ de⁹ cū sit veritas ꝑma. ñ
p̄t aliq̄ seducere nec ab aliq̄ posse sedu
ci ⁊ iō cū dicebat(seduxisti me dñe ⁊c) ñ
loquebat ꝑm estimationē p̄priā. ꝛ ꝑꝛ dic
tum falsoꝝ p̄phaꝝ q̄ asserebāt ipm̄ ee
seductū vt patꝛ in plurib⁹ ca. Jere Mora
liter aūt p̄ Jepte hō p̄t intelligi ꝛatus
potēs in scripturis vt de ap̄lo dr̄ Actuū
xviij. Qui fugiens molestias secularium
fugit ad religionis desertū qꝺ vocari p̄t
(ḗra thob).i.bō.nā ibi percipiūt cōsola
tiones diuine. Osee.ij. Ducā eā in solitu
dinē ⁊ loquar ad coꝛ eius ⁊ canet.ꝛ talis
aliq̄n requirit ad regnū ecclesie. sicut be
atus Gregō.⁊ plures alij ⁊ p̄ secularib⁹
(pugnat ytra aduersarios) oratiōibus ⁊
doctrinis.ꝛ aliq̄n post habitā victoriam
(occurrit ei filia).i.vana gloria q̄ solꝛ i
talib⁹ cōsurgere. dr̄ aūt talis gloria ho
minis filia. eo q̄ ex hominis fomite p̄ce
dit de q̄ debet dr̄e. decepisti me. diminuē
do meritū. ⁊ ipa decepta es. nā fortⁱ⁹ in
surgit ad ipam imolandaꝝ p̄ maiorē sui
humiliationē

Caplꝫ xij.

Ecce aūt in effraym orta ē seditiō
p̄ effragitas q̄ interp̄tātur au
gentes. significātur clerici cupi
di q̄ nō studēt nisi ad augendū pecunias
p̄ lites ⁊ fraudes. ⁊ p̄ p̄bendas malo titu
lo adq̄rendas. ⁊ simili p̄ effraytas itel
liguntⁱ religiosi p̄dicatorij. hos ergo vō
uit xp̄s p̄ Jepte significat⁹ ad pugnā cō
tra dyabolū p̄cib⁹ deuotis ⁊ sanctis ex
hortationib⁹ ⁊ doctrinis.ꝛ ipi noluerūt
venire(Insup ⁊ domū Jepte).i.ecclesiaꝫ
xp̄i nitūt incendē igne cupiditatis luxu
rie ⁊ ābitionis(ꝛ p̄ galladitas) q̄ acerui
tationij inp̄retāt dfusibiliē debellāt. p̄
aceruos ꝺo testimonij dīa sacre scriptu
re significāt p̄ q̄ p̄dicti clerici ⁊ religiosi
viles ⁊ dfusibiles declarāt (⁊ in trāsitu
iordanis).i.mortis iugulant iugulo mor
tis eterne. q̄ āt p̄ iordanis trāsitū mors
significat pꝫ qr iordanis ruinis iudicij i
terp̄tat. tot⁹ ꝺo decursus vite p̄ntis ē q̄
dam deflux⁹ vsq̄ ad trāsitū mortis q̄ est
p̄ticulare iudiciū hois Ecc̄.xi8. Memor
esto iudicij mei. sic ei erit ⁊ tuū ih̄e. ⁊ t.
bodie. cā ꝺo dicte iugulatiōis ē eo q̄ in

fine vite nō pñt dicere (Seboleth).i. spi/
caz que absolute sumpta significat spicā
granis bonis plenā per que significātur
opera bona quoꝝ defectū paciunt̄ ꝫ dr̄e
pñt (Theboleth) qđ īterp̄tat̄ spica palee
qꝛ ꝯm veritatē dici pñt spice plene paleis
vanitatis ⁊ zenedochie.

Capitulum xiij.

RUrsum qꝛ filij isrl̄ fecerunt malū
ꝛc̄) In hoc ca. agitur de ɔceptio
ne Samsonis ⁊ eius natiuitate
ad liberandū ꝓplm isrl̄ de manu Philisti
norum. per Samsonē vero qui interp̄ta
tur sol eoꝝ significari pōt dñs noster Je
sus christus de q̄ scribit̄ Malach. ij. Ori
etur vobis timētibus deū sol iusticie. ⁊ si
cut ɔceptus Samsonis ortus ⁊ viuendi
modus fuit per angelum denūciatus vt
dicit̄ in hoc ca. ita fuit de dño nostro Je/
su christo vt habet̄ Lu. i. per hoc autē ꝙ
Samson vxorē nō accepit de filijs isrl̄. ꝫ
de gētilib⁹ significatū fuit ꝙ christ⁹ acce
pturus erat de gētilibus ecclesiā sibi spō
sam relictis iudeis paucis tñ exceptis q̄
sibi adheserūt ꝙ aūt modicū est frequen
ter nō ɔputat̄ ꝓpter qđ per osee dixit do
minus. de gētilitate vocabo nō dilectaz
meā ⁊ Malachie. quarto. Ab ortu solis
vsque occasum magnum est nomen me
um in gētibus ⁊ hoc diffuse tractat Apo
stolus. Romano. ix. ¶ Moraliter autem
per Samsonē significat̄ bonus doctor vl̄
prelatus. vita ⁊ doctrina sicut sol illumi
nans ecclesiā. ⁊ sicut de Samsone dicit̄
ꝙ nō ɔmedat aliq̄d immundū. sic talis
doctor vel p̄lat⁹ nō incorporat sibi mor
tale pcc̄m Similiter sicut de Samsone p̄
cipitur ꝙ non bibat aliquid inebriatiuū.
sic doctor vel prelatus nō debet aliquid
agere qđ sit extra mensurā rationis rc̄e
Ebrietas eni dicit̄ ab e. qđ ē extra ⁊ bria
quod est mensura. Samson etiam acce/
pit vxorem de filiabus philistinoꝝ vt per
hoc sibi daretur occasio pugnandi ɔtra
eos vt habetur in textu. sic bonus doctor
vel prelatus accipit sibi sapientiā gentili
um philosophoꝝ que dici pōt eius vxor
nam de sapientia dicit̄ Sapi. viij. Hanc
quesiui mihi sponsam assumere ⁊ ꝑ ip̄az
habet occasionē pugnandi contra infide
les ⁊ hereticos qui rationibus sophisti/
cis inuoluunt catholicos simplices sapi
entiam philosophicam ignorantes

Capitulum xiiij.

DEscendit ergo Samson incarna
tus ꝛc̄.) per Samsonem qui pre
xit ad accipiendū sibi gentilē vx/
orem allegorice significat̄ christus qui ī
primitiua ecclesia coniunxit sibi per fidē
ip̄am gentilitatem Judea pro maiori par
te incredula remanente. ꝓpter quod dix
erunt apostoli iudeis. Actu. xiij. Vobis
oportebat primum loqui verbum dei sed
quoniam repellitis illud ⁊ indignos iu/
dicatis eterne vite. ecce conuertimur ad
gentes. sic eni precepit nobis deus ⁊ per
illam predicationem coniunxerunt chri
sto ⁊ non sibi gentilitatem per fidem. nō
eni erāt sponsi ꝫ eius paranimphi (appa
ruit catulus leonis seuus) per quem intel
ligi potest Saulus christum impugnās.
propter quod dixit ei Actu. nono. Saule
Saule quid me persequeris. per hoc aūt
ꝙ verbo christi prostratus fuit in terraz
tanquam mortuus apparuit ꝙ poterat
eum lacerare sicut Samson leonem oc
currentem lacerauit. per hoc autem ꝙ
in ore leonis mortui inuentum fuit fauū
mellis. significata fuit melliflua doctri
na pauli mundo mortui Sicut dicit Ga
la. sexto capitulo. Mihi autem absit glori
ari nisi in cruce domini nostri Jesu chri
sti id est in eius doctrina dulci per quem
mihi mundus crucifixus ⁊ ego mundo.
(De comedente exiuit cib⁹ ⁊ de forti e/
gressa est dulcedo.) Hoc autem probleu
ma solui non potuit nisi per vxorem Sā
sonis. per quod significatum fuit ꝙ mu
tationem Sauli de persecutore amarissi
mo in dulcissimum doctorem non potest
intelligi nisi per ecclesiam christi sponsaz
que nouit virtutem sponsi potentis face
re de persecutore defensorem. ⁊ de lupo
pastorem. ¶ Aliter per leonem laceratuz
intelligi potest corpus christi flagellis et
clauis plagatū quod ip̄emet per Samso

figurat⁹ lacerauit. inq̄ztū ad passionē vo
lūtarie se obtulit ⁊ de eius corpore mor
tuo exijt sanguis ⁊ aqua. ex quibus v̄tu
tem habent ecclesie sacramenta. inter q̄
p̄ncipale est eucaristie sacramentū in q̊
habemus dulcissimū cibū. de q̊ figurali
ter dicitur Sap̄. xv. panē paratū de ce
lo p̄st. eis sine labore. omne delectamen.
in se habentē ⁊ oēm saporis suauitatem

Capitulū xv.

Post aliq̄ztulū aūt tēpis ꝛc̄.) per
patrē vxoris sampsonis qui pro
hibuit samsonez ab ingressu ad
suam vxorē. itelligi potest imperator Ro
manus vel eius imperiū super gentes ha
bens dominiū ⁊ quantū in se fuit ꝓhibu
it ꝯiūctionē christi per sampsonē figura
ti cum ecclesia de gentibus collecta. Et
sicut Samson per cōbinationē vulpium
incendit segetes philistinoꝝ. sic christus
per predicatores caritate cōbinatos suc
cendit fide caritate formata gentiliū cor
da in tantū ꝙ in multis erant ad marti
rium ꝓmptissima. de hoc igne dicit sal.
Luce xij. Ignem veni mittere in terram
⁊ q̄d volo nisi vt ardeat. ꝙ aūt ꝑ vulpes
p̄nt intelligi predicatores ostendit. Pin
guedo nanq̄z vulpiū medicinalis est con
tra contractionē ⁊ stupefactionē neruo
rum. multi vero predicatores cōtractos
corporaliter erexerunt. vt patet de petro
⁊ Johāne Actuū iiij. ⁊ de paulo ⁊ Bar.
Act. xiiij. ⁊ multa similia fecerūt alij dis
cipuli christi ⁊ ministri Spiritualiter āt
contractos ꝑ pigritiam ⁊ acidiā. q. quo
tidie erigunt p̄dicatores ecclesie ⁊ in via
morum faciunt ambulare (ligare inqui
unt te venimus) per ligationē samsonis
per viros iuda. potest itelligi ligatio xp̄i
in petro sicut ⁊ crucifixus fuit in ip̄o. ꝓ
pter q̄d eidem apparēs dixit. Vado Ro
mam iterū crucifigi. hec aūt ligatio fc̄a
fuit a iudeis ⁊ soluta v̄tute diuina Act.
xij. Sicut Samson dono fortitudinis a
deo rupit vincula. ꝑ hoc aūt ꝙ samson
in mādibula philisteos debellauit signi
ficatū fuit ꝙ christ⁹ in Petro per p̄dica
tionē euangelij gentiles occidit ⁊ ecclie
incorporauit. sicut dictū fuit sibi Actu. x
de cōuersione cornelij ⁊ alioꝝ gentilium
surge petre occide ⁊ manduca. q̄ autē ꝑ
mandibulā predicatio designetur. patet
nam sicut in mandibula molūt̄ esce cor
porales corꝑaliter nutrientes. sic in p̄di
catione moluntur sacre scripture q̄ sunt
esce spiritualiter nutritiue. Deu. viij. Nō
in solo pa. vi. hō ꝫ in omni v̄. q̄d ꝓcedit
de ore dei. per aquā vero de mandibula
mirabiliter exeuntem significata fuit aq̄
salutaris sapientie q̄ de beati Petri pro
cessit ore.

Capitulū xvi.

Abijt in gazam ꝛc̄) per descensuz
Samsonis in gazaz significat⁹
fuit descensus xp̄i ad inferos ꝫz
beatū Greg. ⁊ plures doctores alios. ꝫ
ab h̄ multū dissonare vr̄ q̄d subdit̄ (Et
vidit ibi mulierē meretricē ingressus q̄z
est ad eaz) ꝓpter quod sciendū ꝙ hebrei
dicunt hanc esse litterā (mulierē hospita
tricem) ⁊ hoc veri⁹ videt̄ sicut dixi pleni
us in expositione litterali. ꝫm hoc ergo
per descensum Sāsonis in gazam. figu
ratus fuit descensus xp̄i ad limbū patꝝ
qui bene significat̄ ꝑ mulierē hospitatri
cem eo ꝙ ibi sancti patres erant hospita
ti vsq̄z ad acceptionē sue beatitudinis d̄
qua iā erant certi (dormiuit aūt samson
vsq̄z ad mediū noctis ⁊ inde cōsurgens
ꝛc̄) ꝑ hoc aūt christi resurrectio fuit figu
rata que fuit ꝫm cōez opinionē doctoꝝ
in aurora ⁊ sic in scd̄a medietate noctis
nā dies sequēs incipit ab ortu solis. ē eiz
dies latio solis sup terrā (qui app̄hendit
ambas porte fores ꝛc̄) qꝛ xp̄us resurgēs
infernū fregit ⁊ spoliauit patrib⁹ ibi de
tentis. ⁊ deduxit eos vsq̄z ad montez pa
trie celestis. ¶ Moraliter aūt ꝑ sampsonē
nazareū significat̄ homo ꝯtemplatiuus
intent⁹ circa deū. tñ ꝓpter necessitatē po
puli descendit ad actiuā p̄dicando ⁊ ex
hortando ad bonū ⁊ surgens ab hac oc
cupatione aufert portas ciuitatis dya
boli q̄ sunt fauor humanus ⁊ timor mū
danus ⁊ inclusos ducit ad patriā celestē
in spe de p̄nti ⁊ in re de futuro (post hoc
amauit mulierē) doctores nr̄i dicūt ⁊ be
ne ꝙ in hoc facto Sāson nō fuit figura
xp̄i. nam in p̄ncipio hui⁹ operis dictum
fuit ꝙ res vna numero diuersa signat. ⁊
aliquādo numero in cōpossibilia ꝓpter

diuersas ꝓprietates sicut leo rōe cōstātie signat xp̄z ⁊ ratione voracitatis dyabo luz. ⁊ eodē modo ꝯtingit de eadē ꝑsona que ratione v̄tutis xp̄m significat ⁊ rōe vicij nullo modo significat ip̄m. ꝫ magis oppositū sicut Salomon in edificatione templi dn̄i fuit figura xp̄i q̄ edificauit ec/clesiā In hoc aūt ꝙ edificauit idoloꝝ tē plū. iij. R. xi. nō pōt eē figura christi ꝫ ma gis dyaboli. sic ē in ꝓposito. Samson ei in predictis bene fuit figura xp̄i. ꝫ nō in eius deceptione per Dalidā. Samson er go deceptus a dalida secretū sue cōsecra tionis eidē illicite reuelauit ⁊ in hoc sig/nificat hominē dn̄o ꝯsecratuz per ꝓfessi onem in religione vel ordinem sacrum q̄ per blandicias mulieris deceptus trahit̄ ad impudicos tact⁹ ⁊ amplex⁹ ⁊ sic exce/catur p̄mo tenebris ignorantie. ⁊ scd̄o li gat̄ vinculo cōsuetudinis ꝑuerse ⁊ i car cere peccati deputat̄ ad molēdū. i. ad co itus exerciciū ꝫm Hebre. vel alit̄ ad mo/lendū. i. ad opus laboriosum ⁊ malū qd̄ est opus peccati ꝫm qd̄ dicit̄ Sapi. v. in ꝑsona peccatoꝝ. Lassati sum⁹ in via ini quitatis ⁊ ꝑditionis. ambulauim⁹ vias difficiles. viā autez dn̄i nō ambulaui⁹. ꝑ hoc aūt ꝙ capillis Samsonis renascēti bus ip̄e plus nocuit philisteis q̄ ante fe cerat significat̄ ꝙ aliqn̄ hō deo ꝯsecrat⁹ ⁊ dicto mō deceptus ex respectu diuine gracie reilluminatur ⁊ ꝯtra demones ⁊ vicia forti⁹ q̄ ante casū preliatur. Pōt etiā aliter dici ꝙ ꝑ samsonē qui ante ton sionē capilloꝝ fuit fortissimus ⁊ post ton sionē capilloꝝ fuit sicut ceteri hoies infir mus significant̄ religiosi ad bonū opus tepidi qui ante depositionē capilloꝝ per religionis ingressū erant fortes ⁊ agiles ad luctandū ⁊ saltandū ⁊ hui⁹modi ⁊ p⁹ ingressū religionis sunt ⁊ debiles ad bn̄ operandū

Capl̄m xvij.

Fuit eo tp̄e vir quidā ꝛc.) Eccl̄ia mater dr̄ oim christianorū. licet multi eoꝝ sint eius filij solo nu/mero ⁊ nō merito Itē pastor ĩutilis eccle sie dicit̄ idolū zacha. xi. O pastor ⁊ ido lū derelinquens gregē Ergo michas q̄ matri sue tradidit argentū ad fabricādū idolū signat illū qui filius est ecclesie solo numero ⁊ pecuniā offert presidenti ecc̄e vt ip̄e ꝓmoueat̄ ad pastoris officiū ⁊ sic fiat idolum qꝛ sic ꝓmotus nō solū inutil̄ est ecclesie ꝫ etiā nociu⁹ ⁊ de tali subdit̄. (Impleuitq̄ vnus filioꝝ suoꝝ manū) qꝛ talis nō dat aliquid nisi nepotib⁹ et ꝯsan guineis in vita ac scientia defectuosis. quibus dat prebendas si sit episcopus ⁊ bona ecclesie sue si sit inferioris gradus. et paruz aut nihil dat pauꝑib⁹ et huic be ne cōuenit hoc nomē michas qd̄ int̄pre tatur quis. i. quasi nullus. sicut de sobna p̄posito templi dicit̄ ysa. xxij. Quis tu hic aut quasi quid hic ꝛc. sequitur Ecce dn̄s asportari te faciet. sic̄ asportatur gallus gallinatius.

Capitulum xviij.

Fuit quoq̄ alter adolescēs ꝛc.) Se quit̄ (tribus Dan querebat posses sionē sibi) ꝫm doctores de antichri sto loquentes ip̄e nascet̄ de tribu dan. ꝓ pter qd̄ Apoca. vij. Inter seruos dei sig nificatos nō fit mētio de tribu dan. ergo ꝓpter tribū dan ꝯuenienter pōt antixp̄s cum sibi adherentibus designari (per vi ros autē de tribu dan missos ad ꝯsiderā dum terrā) designant̄ eius prenuncij ad predicationē et dilatationē sui imperij. ꝑ lais que dicit̄ ciuitas magnarum opum et eius terram iherusalem et iudea desig nantur eo ꝙ iudea dicit̄ in sacra scriptu ra optima terra fluens lacte et melle. per hoc āt ꝙ viri de tribu dan (spoliauerūt michā et domū eius antequā caperēt la is significantem iherusalez significat̄ ꝙ antichristus alias terras saltē plures an̄ q̄ capiat ihrl̄m subiugabit sibi. ꝑ hoc āt ꝙ trib⁹ dan posuit idolum in lais figura tum fuit ꝙ antichrist⁹ in ihrl̄z sit ponēd⁹ sicut idolū adorandus vn̄ dicit Apo. ij. Thesꝑ. ij. de ip̄o. qui extollit̄ supra omne id qd̄ dicit̄ deus aut qd̄ colitur vt in tē plo dei sedeat tanq̄ sit de⁹. per hoc autē qd̄ subdit̄ (vsq̄ ad diē captiuitatis sue) si gnificat̄ ꝙ antixp̄s per christū sit deijciē dus sicut dicit̄ ij. Thessa. ij. Quē dn̄s Je sus interficiet spiritu oris sui ⁊ destruet il lustratione aduentus sui.

Capitulum. xix.

Erit quidā vir leuites ⁊c̄) ꝓ hūc leuitem qui dicit vir a ꝑtute. pōt allegorice deus significari de q̄ dicit Exo. xv. dñs .q. vir pugnator (qui accep̄ vxorē) i. synagogā i oratione legis in monte synai sibi conūgens eam (que reliquit eū) per idolatriā multiplicit̄ fornicando. vnde in hebre. habet hic (Que fornicata est sup eum) ⁊ hec fornicatio per idolatriā patet ex decursu veteris testamenti (Secutusq̄ est eam vir suus volens ei reconciliari) ꝓ qđ significat q̄ deus voluit sibi reconciliare synagogaz ⁊ ad hoc misit ꝓphetas per ipōs eam reuocās ab idolatria Jere. iij. tu autez fornicata es cum amatoribus multis tñ reuertere ⁊ ego suscipiā te. dicit dñs tandē post ꝓpheras ipe venit in ꝓpria persona ad reconciliandū ipaz sibi p fidem ⁊ dilectionē vnde dicit Matb. xv. Nō sum missus nisi ad oues que perierūt domus isrl̄ ⁊ quoniā aliqui de synagoga receperūt eum per fidem ⁊ dilectionē. i. apostoli et alij credentes de iudea. ideo subdit̄ (que suscepit eum) in paucis tamē personis respective. ¶ Moraliter aūt per vxz intelligitur rō ꝑm augusti. (⁊ per vxorē) sensualitas cui ratio debz dominari sicut vir mulieri. ipa tamē sensualitas recedit ab obedientia rationis illicite delectationib⁹ sensuū inherendo. ꝫ tunc rō debet esse diligens vt ad eius obedientiā reducatur Et qz personis ad deū reuertentib⁹ fide ⁊ feruenti dilectione. dyabolus ꝓcurat tribulationes multas ⁊ magnas. ꝓpter hoc apostolis ⁊ alijs credētibus ꝓcurauit tribulationes. ꝑ ne per sacerdotes ⁊ scribas iudeoz. vt patet Act. viij. ⁊ ix. et pluribus alijs locis. ⁊ postea p imperatores romanoz. in quib⁹ tribulationib⁹ apostoli ⁊ plures alij cum illusionibus magnis fuerūt mortui ⁊ hoc fuit figuratum in interfectione ꝓdicte mulieris cū magna illusione q̄ autē eius interfectio fuit per terrā isrl̄ nunciata. ꝓ hoc significatū fuit q̄ apostoloz alioz q̄ sanctoz martiria debent denūciari p totā ecclesiam vt fideles eoz ostantiā imitētur ⁊ deuotione debita venerent

Capz xx.

Egressi sunt itaq̄ filij). s. ad puniendū tam nepharitū peccatū in morte vxoris leuite nequiter perpetratū. Aduertendū tñ q̄ licet haberēt bellū iustū contra filios bēyamin tñ añq̄z habēnt victoriā bis fuerūt ab eis debellati qđ ꝑz hebre. dirigit ꝓpt̄ idolū mithe qđ in tribu dan colebat publice ⁊ hoc erat ꝓpter isrl̄ notoriū. ⁊ sic tenebat punire. sicut precipit Deu. xiij. ꝓter qđ dñs istō peccatū qđ erat ꝑmū ⁊ cōmuni⁹. voluit primo punire per gladios filioz benyamin ⁊ in hoc documentū habent ꝓcedētes ad bellū iustū vt diligenter cōsiderēt ne habeant in se notabile peccatū p aduersarioz gladios puniendū (extra vltra debemus ad pugnā contra filios benyamin fratres vestros) ꝓ hoc autē q̄ frēs vocant illos quos impugnāt ostenditur q̄ licet vicia sint punienda. natura tamē est diligenda ¶ Moraliter per hoc bellum filioz israhel contra benyamin bellū contra vicia dēsignat̄ in quo bello tria requirūtur. s. contritio vera. confessio integra. ⁊ satisfactio perfecta. confessio dēsignatur ꝓ hoc quod dicitur (iudas sit dux vester) Judas eni confessio vel confitens interpretatur. contritio vero p r hoc q̄ ante congressum (venerūt coram domino ⁊ fleuerunt.) satisfactio vero per hoc qđ dicitur (Jeiunauerunt q̄z die illo ⁊ obtulerunt holocausta) ⁊ sic habuerunt plenaz victoriā per quā dēsignatur plena victoria de peccatis .C. xxi.

Juraverāt quoq̄z filij isrl̄ ⁊c̄.) In hoc. c. describit̄ opassio filioz isrl̄. sup tribum bēyamin quā destruxerāt paucis exceptis. ⁊ eoz diligentia ad ipi⁹ reparationē In hoc aūt documentū habēt iudices temporales ⁊ ecclesiastici seculares ⁊ religiosi cōpacienti punitis per eos ⁊ reparā di defectus ꝓut potest fieri bono modo si tamē aliqua ꝑsona singularis sit morte punita reparatio locū nō habet in ea ꝫ in illis qui peiorati sunt per eā. nā eius morte territi retrahūtur ab actu peccandi. si vero cōitas morte punita fuerit in aliqua sui parte. debent esse solliciti qualiter in remanentib⁹ reparetur ꝓut ꝑm deum fieri poterit. si aūt punitio nō fit

fienda per mortē soliciti debent esse puni
entes ne punitio per sui duriciā ad despe
rationē inducat nec per sui leuitatē occa/
sionē tribuat delinquendi Grego. Inesse
bonis rectoribus debz iuste consulēs mi
sericordia. ⁊ pie seuiens disciplina ne iusti
cia nimis sit aspera ⁊ pietas sit remissa.
per hoc aūt ꝙ filijs benyamin remanen
tibus date fuerunt v̄gines ad sue trib⁹
reparationē significatur ꝙ peccatoribus
sufficienter punitis debent dari exhorta
tiones sancte ad bonoꝝ omissoꝝ prout
fieri potest recuperationē.

Explicit liber Judicum.

Incipit liber Ruth.

In diebus vni⁹ iudicis ꝛc̄) Sequit̄ (Abijt
homo de Bethleem) s̄m Hebre. iste fuit
valde diues ꝫ auarus. ꝓpter qd̄ tempore
famis exorte moleste ferebat petitiones
suoꝝ ꝯsanguineoꝝ ⁊ conciuiū qui fame
coacti recurrebant ad eius auxiliū. ⁊ iō
ad declinandū petitiones eoꝝ cum vxo
re ac filijs ⁊ mobilib⁹ bonis abijt in ter
ram moab ⁊ qm̄ habuit malū nociuum
dn̄s ibidē puniuit eum morte ꝓpria ⁊ fi/
lioꝝ ⁊ cōsumptione bonoꝝ temporaliuz
ꝓpter qd̄ vxor eius noemi reuersa in Be
thleem dixit (Egressa sum plena ⁊ vacu
am me reduxit dn̄s) vt habet̄ .j. eodē ca.
In hoc ergo documentū habēt diuites
hui⁹ mundi ne moleste ferant petitiones
pauperꝝ nec declinent ab eis indebite ne
sicut elimelech puniāt̄ s̄m qd̄ dicit̄ Sap̄
xi. per que peccat quis per hec ⁊ torquet̄
⁊ ꝓuerbi. xxi. Qui obturat aurē suā ad
clamorē pauperis ⁊ ip̄e clamabit ⁊ non
exaudiet̄. exemplū Lu. xvi. de diuite epu
lone qui guttā aque impetrare n̄ potuit
eo ꝙ micas panis lazaro negauit ⁊ mul
to plus timere debent auari sciētie que ꝑ
cōicationē nō minuitur sed augetur ⁊ si
militer sapientes in temporalibus si fue
rint auari de dando concilio pauperib⁹
in quo non datur res possessa ꝫ tm̄ v̄ba.

per Ruth aūt que relicta gentilitate Noe
mi adhesit d. (deus tuus deus meus) et
ei tam humiliter obediuit significat̄ ꝑso
na penitens veraciter que relicta dya
boli seruitute adheret ecclesie eius man
datis humiliter obediendo que per Noe
mi bene significatur eo ꝙ noemi pulcra
interpretatur. Et Cantico. quarto. de ec
clesia dicitur Tota pulcra es amica mea
⁊ macula non est in te. ⁊ talis fuit in p̄n
cipio ꝫ modo potest dicere (non vocetis
me Noemi). i. pulcram ꝫ vocate me ma
ra. hoc est amarā. quia valde me repleuit
omnipotens. nam multi qui de bonis ec
clesie laute ⁊ magnifice viuunt per suaz
vitam malā ip̄az multipliciter amaricāt
de quo beat⁹ Bernard⁹. in eius persona
loquens exponit illud ysaie xxxviij. Ecce
in pa. amaritudo mea amara. Postquā
eni cessauit persecutio tirannoꝝ ꝯtra ec
clesiam ⁊ ip̄a dotata ē multis ⁊ magnis
temporalib⁹ bonis multi abutentes pec
catis enormibus plus s̄m veritatē ama
ricant ecclesiam in ista pace q̄ꝫ amarica
ta fuerit in tirannorum persecutione.

Capitulū Scd̄m.

Erat autem vir ꝛc̄.) In hoc capi
tulo agitur de Ruth humiliter
⁊ diligēter in agro boos spicas
colligente. Per agrum istum sacra scrip
tura significatur que est ager plenus op
timus sentencijs ⁊ sensibus tanquā bo
nis fructibus propter qd̄ est ager quē be
stico ⁊ isti sunt qui cauent ab immũdicia peccatoꝝ ⁊ student ad impletionẽ mandatorũ diuinoꝝ ⁊ per hoc patet sentẽcia vsq; ibi (Cũ sancto).i.christo (sanctꝰ eris) conformando te ei q̃tum ad precepta (⁊ cum robusto) i.christo cuiꝰ virtus ẽ infinita (ꝑfectus) ꝯformando te ei q̃tũ ad euangelica consilia (⁊ cum electo) i.xp̃o (electus eris) translatus ad gloriã elc̃oꝝ (⁊ cum peruerso).i.dyabolo qui totaliť auersus est a deo (peruerteris) ip̃m sequẽdo (tu lucerna mea dñe) nam in vita cõtemplatiua deus est lucerna ecclesie (in te curraz accinctus) in actiue vite operibꝰ (Et in deo meo transiliã murũ).i.tẽtationis impedimentũ (eloquiũ dñi igne examinatũ) quia non habet aliquid impuritatis vel falsitatis admixtuz (scutũ ẽ omnium speran.in se) contra inuasiones potestatis maligne (⁊ cõplanauit perfectaz viã meam) omnia offendicula auferẽdo. (coequans pedes meos ceruis) dans mihi ꝓmptitudinẽ voluntatis ad currendũ post ip̃m in bonis (Et sup excel.sua sta.me) i.me firmando in consilioꝝ obs̃uatione (docens manus meas).i.operationes meas (ad preliũ) contra incentiua viciorꝝ (⁊ mansuetudo mea multiplicat me).s.meritorie ⁊ dispositiue.nam mansuetudo est quedã tractabilitas mentis ad omne bonuz disponens (dilatabis gres.me.ꝛc̃) ad ambulãdũ sine cãu in via morum (persequar inimicos meos) i.vicia ⁊ dyabolos (Incuruasti resistẽtes mihi.) motus sensualitatis inclinando sub obedientia rationis. Potest etiã hoc aliter exponi de impugnatoribꝰ ecclesie qui facti sunt ei obedientes vt Saulus ⁊ consimiles (Inimicos meos dedisti mihi dorsũ).i.obstinatos in iudaismo qui fugati sũt ⁊ dispersi per mundũ (q.lutum platearũ cõminuam eos) quia contemptibiles sũt omnibus alijs gentibus. (Saluabis me a contradictionibus populi) quia cõtra ecclesiam non audent modo loqui (populus quẽ ignoro seruiuit mihi) quia gentiles qui a deo videbantur ignorati eo ꝙ erant in idolatria derelicti .deuote s̃uiũt in ecclesia christi (Filij alieni resistent mihi).i.iudei a veritate alieni q̃tum potuerunt restiterunt ecclesie christi. (auditu auris obedi.mihi) ⁊ non auditu cordis. qđ dicitur ꝓpter illos qui ficte conuertũtur de iudaismo propter quod subditur (Filij alieni defluxerũt) a via veritatis. (Et contrahentur in angustijs suis) in gehenne penis (viuit dñs.ꝛc̃) Hec sunt verba cuiuslibz membri christo vniti per gratiam (deus fortis salutis mee) ad me protegendum ab impulsu omnis potestatis aduersarie (deus qui das vin.mihi) ꝯtra mundum.carnem.dyabolum (Deiecisti popu.meos sub me).i.motus meos interiores ⁊ exteriores subijciens rationi recte (qui educis me ab inimicis meis).scilicet mundo.dyabolo.carne. (a viro iniquo liberabis) scilicet ab antichristo qui erit iniquissimus. (propterea confitebor tibi ꝛc̃) gracias agendo magnifice de beneficijs supradictis.

Capitulum.xxiij.

Hec sunt verba nouissima que dixit Dauid.ꝛc̃.) per Dauid qui in glosa super psalmũ dicitur eximius prophetaruz significatur homo perfectus in vita contemplatiua. ¶ Nam ⁊ antiquitus prophete appellabantur videntes i.Reg.ix. Qui hodie dicitur propheta olim appellabatur videns. Vita vero contemplatiua consistit in oratõne deuota ⁊ in meditatione sanctaꝝ scripturarum diuinitus releuata ⁊ talis contemplatiuus bene dicitur filius ysay id ẽ dei Nam ysai interpretatur salus mea. ⁊ de deo dicitur psal.xxvij. Dominus illuminatio mea ⁊ salus mea quẽ timebo. Talis autem contemplatiuus mõ speciali assimilatur deo.propter quod dicitur eius filius. Et quoniã recognoscit sicut gratꝰ dei beneficia debet regraciando dicere ⁊ maxime circa finẽ vite sue (dixit vir).i.dicat loquens de se ip̃o sicut de alio. Nam hic est modus loquendi sanctoꝝ de se ip̃sis.vnde moyses Num̃.xij.dixit. Erat ãt moises mansuetissimus ꝛc̃.⁊ Joh̃.euãgelista.hic est discipulus ille qui testi. ꝑhi.ꝛc̃ (cui ꝯstitutũ est de christo).i.ꝓmissuz est ei ꝙ sit eternaliter cũ xp̃o. Jo.xij. vbi

ego sum illic ⁊ mister meus erit (Egregi
us psaltes isrl' ꝛc.) quia tal' contemplati
uus in diuinis laudibus opponendis et
dicendis est p̄cipuus ⁊ quia talia nō at
tribuit sibi ꝫ gracie dei. subdit'. (spiritus
dñi locut⁹ est ꝑ me ⁊ sermo dei ꝑ linguā
meam) in diuinis laudib⁹ ⁊ doctrinis. (
dixit). i. dicat regratiando (deus Isrl')
. i. angeloꝝ deū clare videntiū (mihi lo/
cutus est) nam per angelos fiunt cōiter
illustrationes hominū (fortis israhel) nā
angeli sancti habent ab ip̄o v̄tutem (do
minator hominū) quos regit per ange/
los. tanq̄ꝫ per medios inter homines et
deum (In timore dei). s. filiali qui semꝑ
coniungit' caritati (sicut lux aurore oriē/
te sole) verba sunt contemplatiui dei be
neficiū recognoscentis. vt sit sensus. sic
lux aurore est a sole. sic a deo est illustra/
tio mētis mee (absq̄ꝫ nubib⁹). i. absq̄ꝫ fal
sitatis admixtione (Et sic pluuijs germi
nat herba de terra) nō virtute terre sed
pluuie. sic germinat mens mea in ꝓfectu
bonoꝝ virtute gracie diuine (nec tanta
est domus mea). i. edificiū virtutū q̄ꝫtuꝫ
est ex me (vt pactū eternū iniret mecum)
de beatitudine superna consequenda. ꝫ
totum est ex sua gracia (cuncta eni salus
mea ⁊ voluntas mea) supple tendit ad
beatitudinē consequendā in q̄ꝫtuꝫ moue
tur ex dei gracia (nec est quicq̄ꝫ ex ea qd̄
nō germinet). s. in bonū. inq̄ꝫtum moue
tur per diuinū instinctū (preuaricatores
aūt) hic consequēter tangit statū pecca/
torum. vt opposita iuxta se posita magis
elucescant. dicit ergo (p̄uaricatores aūt
q. spine euellentur). s. de cōsortio sancto/
rum (que nō tollūtur manib⁹). s. homi
num simpliciū. ꝫ iudicū locum dei tenē/
tium (Et si quis tangere eas voluerit) pe
na debita feriendo (armabitur ferro ⁊ li
gno lanceato) i. debita potestate ⁊ effica
ci ad hoc faciendū (igneq̄ꝫ cōburentur)
s. gehenne. si i suis peccatis moriantur (
hec nomina fortiū dauid) ꝑ quos signifi
catur bonus prelatus ⁊ eius coadiuto/
res (dauid sedꝫ in cathedra sapiētissim⁹
) per quod designat' ꝙ bonus p̄nceps.
vel prelatus qui habet alios iudicare. dꝫ
eos in sapientia superare (ip̄e est q. tener

rimus ligni vermiculus) sicut ligni v̄mi
culus est valde mollis ⁊ tñ perforat lig
num duꝝ. sic bonus princeps vel p̄latus
bonis est suauissim⁹ ⁊ contra rebelles ⁊
malos acutus. ideo subdit' (qui octingē
tos interfecit impetu vno) nā malorum
multitudine nō terretur. nec ab executio
ne iusticie ꝑditur (post hunc eleazar) per
istū significatur fortis bellator cōtra vi/
cia vsq̄ꝫ ad horā mortis. ideo subditur.
(Ip̄e stetit ⁊ percussit philisteos. donec
deficeret manus eius) in morte nāq̄ꝫ bel
lum contra vicia terminatur (Et p⁹ hūc
sāmaa ꝛc.) per istū significat' fortis defen
sor ecclesie ideo subdit' (Stetit illic in me
dio agri ⁊ tuitus est eū) ager iste ē eccle/
sia que est ager dei ih̄u christi. In quo se
minauit bonū semen (nec nō ⁊ ante des
cenderant tres ꝛc.) per istos significatur
bonus religiosus qui per obseruantiam
triū votoꝝ religionis efficit' triplicatus
⁊ ꝑ hoc haurit aquā salutaris sapiētie
de puteo sacre scripture qui dicit' altus.
Io. iiij. ꝙ autē boni religiosi hanc hause
rint aquā. patet per libros Iero. August
⁊ alioꝝ doctoꝝ pluriū qui fuerunt reli
giosi. ⁊ hec aqua est dño libanda. nam
ad eius honorē est simpliciter ordināda
(Et banayas filius ioiade) de isto dicit'
ꝙ ip̄e interfecit duos leones moab ⁊ ter
cium leonē in dieb⁹ niuis. ⁊ significat vi
rum valde virtuosum in seculo. qui iras
cibilem ⁊ cōcupiscibilem significatas. ꝑ
duos leones moab qui īterpretat' ex pa
tre interimere studet rebellio aūt istaruꝫ
viriū contracta est ex p̄mo parente. ꝫ ho
mo virtuosus tollit eam. reducēdo irasci
bilem ⁊ concupiscibilē sub ratione. Per
terciū vero leonē significat' ꝯcupiscētia
oculoꝝ quā interficit per largitatē erga
pauperes (In diebus niuis). i. tempore
refrigescentis caritatis (Ip̄e quoq̄ꝫ int'
fecit viruꝫ egiptiū dignū spectaculo). i.
valde altum per quē significat' dyabol⁹
qui dicit' egiptius. i. tenebrosus ⁊ est val
de altus per superbiā. ip̄m aūt deijcit v̄
tuosus per veram humilitatem (Fecitq̄ꝫ
eū sibi auriculariū a secreto dauid) nam
bon⁹ p̄latus ⁊ p̄nceps figurat⁹ per dd̄
tales secretarios ⁊ ꝯsiliarios cum diligē

tia sibi querit Capl'm xxiiij.

ET addidit furor dñi irasci cõtra israhel). Ex hoc autem ostendit' ꝙ ꝓpt' maliciã ꝓpli permittit aliquãdo deus bonũ principem vel prelatũ errare. vnde dicit Grego. exponens locũ istũ ꝑm merita subditoꝝ disponunt' acta regentium. vnde sepe fit vt pro culpa gregis boni delinquat vita pastoris (vade ⁊ numera israhel ⁊ iudam) per dauid qui ex elatione precepit populũ numerari significatur quicũqꝫ superbiẽs de bonis operibus suis cum tñ sint ex bonitate dei ⁊ talis est similis phariseo dicenti Lu. xviij Non sum sicut ceteri homi. raptores. adulteri. Iniusti. velut etiam hic publicanus Ieiuno bis in sabbato decimas do omniũ que possideo. per hoc autez ꝙ populus dauid fuit mortalitate percussus significatur ꝙ opera bona de genere talis superbientis mortificãtur per peccatum superuenientis superbie sed quoniã aliquando talis superbus humiliatur et conteritur de peccatis. ideo ad hoc significandum subditur (percussit autez cor dauid eũ per contritionem) sed quia nõ sufficit contritio nisi confessio sequatur. habita oportunitate. ideo subdit'. (Et dixit dauid ad dominũ. peccaui valde in h̄ facto) Nam in confessione vera peccata sunt particulariter exprimenda ⁊ q̃niaz post confessiõez requirit' satisfactio ꝑ peccatum ideo subditur (triũ tibi datur optio.) Sequitur. (aut septez annis veniet tibi fames ꝛc̃) per hoc autẽ ꝙ dauid preelegit pestilentiã trium dierũ persecutiõi trium mensiũ ⁊ fami septẽ an. significat' ꝙ pena pro peccatis sustinenda in vita p̃senti magis est eligenda ⁊ acceptãda q̃ꝫ in purgatorio que longior ẽ aut inferno que aperte post est eterna. Per hoc autẽ ꝙ dauid dixit (vertatur obsecro ira tua contra me) ostenditur ꝙ princeps perfectus in bonitate paratus est exponere se morti pro populi sui saluatione Exemplũ huiusmodi dedit dominus noster Iesus christus d. Joh. x. Ego sum pastor bon⁹ ⁊ animã meam pono pro ouibus meis. hoc etiã fecit Codrus rex persaꝝ qui p̃elegit occidi ꝓpt' salutẽ ꝓpli sui vt d. ẽ. s. i

Incipit Tercius liber Regũ.

ET rex Dauid senuerat ꝛc̃) sicut frequenter dictũ ẽ per dauid figurat' dñs noster Iesus christ⁹ qui senex dicitur eo ꝙ eternus ẽ in deitate Hebre. xiij. Iesus xp̃us heri ⁊ hodie ip̃e ⁊ in secula (Tunqꝫ operiret' vestibus non calefiebat) per vestes significant' veteris legis obseruantie cerimoniales eo ꝙ magna pars eaꝝ in vestib⁹ cõsistebat .s. in vestibus singularibus sũmi sacerdotis. Et in vestibus specialibus minorum. sacerdotum. ⁊ leuitaꝝ. ⁊ generalit' in vestibus ꝓphaꝝ qui habebant fimbrias in suorum angulis pallioꝝ. (Dauid ergo vestibus non calefiebat.) quia cerimonialium obseruatio ex se domino nõ placebat. p̃s. xl. Sacrificiuz ⁊ oblatiões noluisti. aures autẽ perfe. mihi holo. ⁊ ꝓ peccato non postulasti. tunc dixi ecce venio. nam christus veniens in mundũ cerimonialẽ cultum corporalẽ mutauit in spiritualem qd̃ significat'. Jo. iiij. Venit hora in qua nõ in monte h̄. neque Jerosolimis adorabitis patrem. ꝫ veri adoratores erunt qui adorabunt patrem in spiritu ⁊ veritate. ⁊ subditur. Spiritus est deus ⁊ eos qui adorant eum. in spiritu ⁊ veritate oportet adorare. ideo dicit Aug in encherid̃. Fide spe ⁊ caritate colit' de⁹ ideo subditur (ꝙ abisach virgo pulcra) per quã significatur ecclesia que virgo ẽ sine macula ⁊ ruga (calefaciebat dauid) quia spiritualis cultus ecclesie consistẽs in fide spe ⁊ caritate est deo placitus ⁊ dilectus (Adonias filius agith eleuabatur d. ego regnabo) per istum significatur dignitatis ambitiosus cum tñ sit indignus ⁊ ideo quantũ põt pretẽdit se sufficiẽtem qd̃ nõt' cũ dr̃ (fecitqꝫ sibi currũ eq̃tes) ꝛc̃

tanq̄ potens ad agendū fḡni vel vigni
tatis negocia querit etiā ad ꝺsequēduz
ꝓpositū q̄ntū ꝑt potētū auxilia qꝺ nōt
ꝑ hoc qꝺ subꝺit(Et sermo eius cū Jo/
ab ꝛc.)ꝫ qz talis ambicioſus frequēter
a ſuo ꝓpoſito defraudaꝯ et ſui cōplices
ꝺfundunt ideo ſeq̄tur(ꝺixit q̄ nathan
ad berſabee ꝛc.)per ꝑces ei eorum de
iectus fuit adonias cū ſuis ꝺplicib⁹ ꝑ
qꝺ ſignificaꝯ q̄ freq̄ter ambicioſi ꝑ p̄/
ces bonoꝝ vtriuſq̄ ſexus a ſuis cona
tibus repellunt(Imponite ſalomo
nē filiū meū ſup mulā meā ꝛ vngat eū
ſadoch ſacerꝺos ꝛ nathan ꝓpheta)ꝑ
ſadoch ſacerꝺotē lex ſignificaꝯ ꝛ ꝑ na/
than ꝓphete ꝑ hoc ergo q̄ vnxerūt ſa/
lomonē i fḡē ſignificatū fuit.q̄ vnctio
veri ſalomonis iħu xp̄i in regē regum
fuit figurata ꝛ p̄nūciata in ſcriptura le
gis ꝛ ꝓphetarum (illi q̄z p̄cipiaz vt ſit
ꝺux ſup iſrael et iuꝺam)nā homo xp̄us
ſuper angelos q̄ per iſrael ꝛ ſup hoies
qui per iuꝺā ſignificatur erat in gloria
ſ̄blimandus

Capl̄m.iij.

APropinq̄uerāt aūt ꝺies ꝺauid
vt moreretur ꝛc.)ꝺō autē añ
mortem ſuā ſalomoni filio ſuo
p̄imo recōmenꝺauit cultuz ꝺiuinum
ſ̄cꝺo berzelay beneficiū .Tercio Joab
ꝛ ſemey ſuppliciū ꝑ hoc autez ſignifica
tur q̄ bon⁹ rex vel princeps filios ſuos
p̄mo et p̄ncipaliter ꝺebet inꝺucere ad
ꝺebitā ꝺei veneratōez.ſcꝺo ad bonoꝝ
remuneratiōem et ꝓmotiōem.Tercio
ad malorum repreſſiōem ꝛ punitionez
Allegorice vero per hoc q̄ ꝺauid filio
ſuo recōmenꝺauit Joab ꝛ ſemei puniti
tiōem.ſignificaꝯ q̄ ꝺeus pater omne iu
ꝺiciū ꝺedit filio vt habeꝯ Jo.v.et Act.
x.ꝺicit ꝺe criſto ipe eſt qui ꝺſtitut⁹ eſt a
ꝺeo iuꝺex viuoꝝ ꝛ mortuoꝝ(Et ingreſ
ſus eſt adonias ad bethſabee mr̄em ſa
lomonis ꝛc.)per Adoniā qui p̄imo a
ꝺorauit regē ſalomonē.vt hētur in fine
capli p̄cꝺentis ꝛ hic ꝑ mr̄imoniū cū
abiſag malicioſe voluit regnū obtinere
ſignificaꝯ ābicioſ⁹ maliciоſ⁹ q̄ qꝺ ñ p̄t
obtinē ꝑ potēciā ſtuꝺet hr̄e per malici
am fraꝺulentā (Abyathar q̄z ſacer/

ꝺoti ꝺixit rex.vade in anathoth ꝛc.)ꝑ
abiectiōem abyathar ꝺe ſūmo ſacerꝺo
tio ꝛ inſtitutiōem ſaꝺoch Allegorice ſi
gnificata fuit abiectio veteris ſacerꝺo/
cij.ſcꝺm ordinem leuitic. Et inſtitutio
noui ꝓm ordinē melchiſedech qui obtu
lit panē et vinū Gene.xiiij.per hanc fi/
guram ꝺeꝺucit apoſtol⁹ ihebre. vij. Et
ſurrexit ſemey.ꝛ ſtrauit aſinū ſuum ꝛc
)per ſemey qui clauſurā intra ihr̄z ac/
ceptauit et poſtea exiuit ſignificatur ꝑ
feſſus clauſurā religiōis qui poſtea egre
ꝺitur ꝑ tentatōes ꝺiaboli mūꝺi vel car
nis ꝛ ſicut ſemei mortem incurrit cor/
poralem ſic iſte mortē culpe ꝛ niſi vere
peniteat mortem gehenne

Capitulum.iiij.

COnfirmatū eſt regnū in manu
ſalomonis ꝛc.) per coniunctō
nē mr̄imonialē ſalomonis cuz
filia regis egipti Allegorice fuit figura
ta ꝺiunctio criſti cū eccleſia ex gentib⁹
collecta nec in hoc facto peccauit ſalo/
mon ſicut plenius ꝺixi in expoſitōe l̄r̄a
li ꝛ text⁹ etiā oñꝺit qz ſubꝺitur(ꝺilexit
aūt ſalomon ꝺn̄z)ꝓpter quoꝺ nō poteſt
ꝺici q̄ hic ꝑ pcēm ſignificeꝯ xp̄s ꝛ eccle
ſie miſteriū(poſtula qꝺ vis vt ꝺem tibi
ꝛc̄)ꝑ ꝫ q̄ ſalomō a ꝺn̄o pecīt ſciaz ad
fḡenꝺuz ꝓp̄m ꝺm honorez ꝺei ꝛ cōem
vtilitatē ꝛ ꝺn̄s ſibi ꝺedit et cū hoc aꝺꝺi
ꝺit ꝺiuicias et ꝙliam que ꝺecēt regiam
maieſtatē ſignificaꝯ q̄ petentibus illa
que ſunt ad honorē ꝺei et bonū cōis po
puli.non ſoluz petita a ꝺeo ꝺantur ſeꝺ
etiā alia ad que ꝺecentē ſtatū petentiū
ſuffragātur Math.vi.ꝑmū q̄rite regnū
ꝺei ꝛ iuſtitiam eius ꝛ hec oīa aꝺꝺ̄icient̄
vobis(Si aūt ābulaueris in vīs meis
ꝛc̄)per hoc patet q̄ ꝺicta ꝓmiſſio ꝛ cō
ſimiles ſunt ſub ꝺitiōe quoꝺ homo ꝺe
beat in bono ꝑſeverare ¶ (Tunc vene
runt ꝺue mulieres meretrices ad regē
ꝛc.)Allegorice per eas ſignificātur iu/
ꝺea et gentilitas que per ꝺolatriā for/
nicate fuerūt vt ꝑz ſacrā ſcripturā iſpi
cienti ꝛ ꝺe vtraq̄z venerūt aliqui ꝑ fiꝺē
ad xp̄m verū ſalomonē etiā in eccleſia
ꝓmitiua (per puerum autē viuum) ꝺe
quo ꝺue mulieres contenꝺerūt ſignifica/

tur opus meritoriuz d̄ quo fuit conten
tio inter iudeam ⁊ gentilitatem. nā iu
dea dicebat fidem cristi non sufficē ad
salutē nec per ꝯsequēs ad opus merito
rium sine legaliuz obꝑuatione sicut di
cit̄ act.xv. Nisi circūcidami scd̄z morē
moisi non potestis salui fieri Ecōuerso
vero aplus genciuz dicebat Gal.v. Si
circūcidami nihil vobis proderit ⁊ sic
quilibet dicebat filium suū esse viuum
⁊ alterius mortuū ꝑ hoc autē qd̄ dicit̄
(diuidite infantem viuū ⁊c̄.) significa
tum fuit ꝙ iudei ꝑmittebāt̄ obꝑuaē le
galia ad tempus scz vsqz ad publicatō
nem euāgelij ⁊ gentilib⁹ fuit oppositū
ꝙ obꝑuarent aliqua legalia ad tēpus
scz ꝙ abstinerent ab immolato simula
crorum sanguine et suffocato ⁊ hoc ꝓ
pter quietum ⁊ pacificū conuictum cū
iudeis qui abhorrebant vtentes trib⁹
dictis sicut pleni⁹ exposui exponendo li
teraliter ꝫ quia circūcisio ⁊ alia legalia
post publicatiōem euāgelij cessauerūt
tanq̄m mortifera puer viu⁹ datus fuit
vni.s.ecclesie de gentibus collecte. naz
ad salutē sufficit fid̄s cristi ꝑ dilectōez
operans sine legalium obꝑuatione Mo
raliter autē ꝑ iudicium salomonis ꝟm
ex disquisitione affectus matrū ꝓlatū
docentur iudices veritatem inquirere
ꝑ circumstancias vbi deficit humana
ꝓbatio per testes ⁊ aliquādo veritas ē
inquirenda ꝑ moderatas questiones.

Capl̄z.iiij.

ERat autez rex salomō regnās
super israel) per salomonē aūt
qui pacificus interp̄tatur ih̄s
cristus significatur qui per sanguinem
suuz pacificauit omnia que in celis sūt
⁊ i terris (per omnē israel) significatur
ecclesia militans in qua deus videtur
per fidem i enigmate ⁊ ecclesia trium
phans in qua clare videt̄ ⁊ apte (⁊ hi
p̄ncipes quos habebat) per quos signi
ficātur ordines beatorū in ecclesia triū
phāte ⁊ diuersi grad⁹ ⁊ officia viatoꝝ i
ecc̄ia militāte (habebat āt salomō xij.
p̄fectos ⁊c̄.) per quos significati sūt xij
apl̄i p̄bentes annonā dm̄ veri salomo/
nis ih̄u cristi ecclesiam pascēdo verbo
predicationis ⁊ actu celebrationis. nā
in primitiua ecclesia quotidie fidelibus
ministrabatur eukaristia ⁊ hoc in sorti/
bus sibi assignatis scd̄m ordinatiōem
veri salomonis (Iuda ⁊ israel innume/
rabiles ⁊c̄) per hoc significata fuit ml̄
tiplicatio credencium per vniuersum
orbem etiam a tempore apostoloruz. si/
cut dixi plenius exponendo illud p̄s. x
viij. In omnem terraz exiuit sonus eo/
rum ⁊ in fi. or. terraruz (Dedit q̄qz
deus salomonez ⁊c̄) per hoc significat̄
ꝙ homini cristo ab instanti sue conce
ptiōis data fuit omniū noticia diuinit⁹
que cognoscit deus sciencia visionis. (
Et veniebant d̄ cunctis populis ad au
diendam sapienciā salomonis) et ꝙ ad
audiendam cristi doctrinam venerunt
multi non solum de iudea sed etiam de
alijs nationibus ⁊ terris vt patet in eu
angelio ⁊ in ecclesiastica historia

Capitulum .quintum

MIsit quoqz hiraz rex tiri ꝑuuos
suos ⁊c̄) ꝑ istos sigificati fuer̄t
nuncij regis Abagari ad xp̄m
petentis per eos a cristo curari sicut ha
betur i ecclesiastica historia ⁊ ponitur
in legenda sanctorum apostolorum si/
monis et iude (misit autem ⁊ salomon
ad hiram ⁊c̄.) hic agitur de prepatiōe
materie ad edificandū domuz domini
per quā allegorice militans ecclesia de
signatur ⁊ tanguntur hic quatuor scz
materia artifices tempus operandi et
operariorum merces Quātū ad p̄mū
tria tanguntur scilicet lapides ⁊ ligna
cedrina. Per lapides autem qui in fun
damento ponuntur simplices laici si/
gnificantur in quantum ex eorum la/
bore. cetera membra ecclesie sustentan
tur. clerici qui per intentionem erectaz
ad deum debent ad modum abietis
esse recti Jeronim⁹ clericus qui seruit
ecclesie p̄mo vocabulū suū interp̄tet̄ ⁊
nitat̄ eē qd̄ dicit̄. cleros eni grece sors
latine dr̄ igit̄ clerici dicūt̄ eo ꝙ sint de

sorte dñi vel dñs sit ps ⁊ sors clericorũ
ꝓpter qđ in capite tonsorati sunt ad si/
gnificãdũ celestiũ appetitũ (ꝑ ligna ce/
drina) religiosi đsignant̃ qꝛ sicut cedr⁹
non terebratur verme sic religiosi talit̃
debẽt viuere ꝙ nõ mordeãtur verme ɔ/
scie Circa scđz sciendũ ꝙ opatores a
liqui fuerunt iudei .s. salomonis ꝟui ali
qui sidonij ⁊ aliqui biblij Per iudeos
significãt̃ ecclesie p̃lati. Naz apli quoꝝ
successores sunt ep̃i fuerũt natiõe iudei
(per sidonios) qui venatores interp̃tãt̃
significãt̃ p̃dicatores ad capiendũ ani/
mas ip̃i cristo discurrentes (ꝑ biblios
) vero qui litterati interp̃tantur docto
res ecclesie in scriptis vl̃ scolis significã
tur Quãtũ ãt ad t̃ciũ oparij ꝑ tres mẽ
ses ordinantur. ꝑ quos menses tria si/
gnificãt̃. s. orõ ieiuniũ ⁊ elemosina duo
p̃ma sunt ad deũ ⁊ se ip̃z ⁊ iõ significãt
in domib⁹ ꝓprijs mansiõem oparioꝝ
terciũ ãt ẽ ad ꝓximũ ꝓpt̃ qđ significat
actum opandi extra ꝓprium domiciliũ
Circa q̃rtũ duo ponunt̃. s. oleum et tri/
ticum (per oleum) aũt bona gratie de
signantur que sunt merces operariorũ
in p̃nti vita (per triticũ vero) bona gl̃e
significãtur. nam ibi beati fruũtur illo
pane triticeo. qui dicit Jo. vi. Ego sum
panis viuus ⁊c̃. ⁊ se ip̃m cõpat tritico
Jo. xij. Nisi granũ frumẽti cadẽs in ter
ra ⁊c̃. ⁊ đ illo pane dicit̃ Luc̃. xiiij. btũs
qui man. pa. in regno dei. Ca. vi

Actũ ẽ ãt q̃drigẽtesimo ⁊ octo
gesimo ãno ⁊c̃) Hic agit̃ de đi
dom⁹ edificatiõe ꝑ q̃z significa
tur edificatio eccl̃ie que a vero salomo/
ne xp̃o edificata est ꝟtutib⁹ fidei doctri
na ⁊ sacramẽtis q̃tum ad p̃mũ descri
bit̃ mensura dom⁹ scđm longitudinez
ei⁹ latitudinẽ ⁊ altitudinẽ vsq̃z ad p̃mũ
tabulatũ (per longitudinẽ) significat̃ ꝟ
tus longaĩtatis ⁊ ꝑseuerãcie (ꝑ latitu/
dinẽ) diffusio pietatis et mĩe (ꝑ altitudi
nẽ) cõtẽplatõ celestl. patrie ꝟm illđ phil̃
ij. Nostra ãt ɔuersatio in celis est in tõ
vero dom⁹ altitudine erãt tres mãsio/
nes vna suꝑ aliã ꝑ inferiorẽ significat̃ ɔ
tẽplatio cõis hoim deuotoꝝ (ꝑ mediã
) ɔtẽplatio ꝓphaꝝ que fit per imagina
rias visiones (ꝑ supiorẽ vero) ɔtẽplatõ
ꝓphalis que est sine talibus imaginib⁹
⁊ figuris sicut dicit̃ de ꝓphia dauid In
p̃ncipio glose libri psalmoꝝ per latera
vero tẽpli que fuerunt q̃tuor oriẽtale oc
cidẽtale aq̃lonaẽ meridionale đsignã
tur q̃tuor virtutes cardinales de quib⁹
dicitur Apo. xxi. Et ciuitas erat in qua
dro posita sicut eni eccl̃ia hic ꝑ templũ
intelligitur sic ibi per ciuitatem signifi/
catur Quãtuz aũt ad scđz. s. sacramen
ta noue legis sciendũ ꝙ templũ salomo
nis habuit tres ꝑtes. s. porticũ sanctũ ⁊
sanctum sanctoruz per porticũ vbi erat
introitus significat̃ baptism⁹ qui est ia
nua sacramentorum Per mensã vero
ꝓpositionis que erat in ꝑte templi que
dicebat̃ sanctum significatur eukaristie
sacramẽtũ in quo fidelibus ꝓponit̃ pa
nis vite et per. v. candelabra que ibidẽ
erant vt dicitur ca. se. significãtur alia
v. sacramẽta que cãdelabra dicũtur ex
hoc ꝙ i oĩbus sacramẽtis deuote susce
ptis gratia que virtutẽ habet illumina
tiuã ɔfertur Quãtũ autẽ ad tercium .s
doctrinã fidei xp̃i significabat̃ ꝑ illa q̃
erant intra sanctum sanctorũ vbi erat
archa testamenti que erat vnica ⁊ sic si
gnificat vnitatẽ essẽcie diuine. ꝑ illa ꝟo
que erant intra archaz significatur tri
nitas ꝑsonarum qꝛ per virgam que si
gnificãt potẽcia significat̃ ꝑsona p̃ris
cui attribuit̃ potencia per tabulas que
significant sapienciaz persona filij cui⁹
attributum est sapiencia (ꝑ manna dul
ce) ꝑsona sp̃ũssci cuius est bonitas at/
tributũ Per hoc ãt ꝙ archa erat clau
sa significat̃ ꝙ rões oĩm que facta sunt
vel fient in diuina sciencia clauduntur
de quibus est creatio incarnatio resur/
rectio mortuorũ redditio penaruz ⁊ p̃
miorum et cetẽa ad fidẽ ecclesie pertinẽ
cia Per duos autez cherubin que pleni
tudo sciencie interpretantur ecclesie pre
lati et ministri in quibus requiritur sci
encia significãtur ⁊ ip̃i sunt dispensato
res ⁊ ministri predictorum. nam indu
cere debent suos subditos ad virtutes
et eis administrare sacramenta et eos
docere de fide catholica Per binariuz

autem cherubin significatur geia cari/
tas que potissime relucere debet in p̄la
tis ecclesie ⁊ ministris

Capl'm vij

Domum autē suā edificauit sa/
lomon ⁊c̄) per q̄m significat̄ fi
delis anima in qua verus salo
mon Jesus cristus per gratiaz delecta
biliter requiescit ꝓuer .vij. Delicie mee
esse cum filijs hominuz In domo vero
salomonis quatuor erāt deambulato/
ria que in anima fideli significant ꝓces
sus scd̄m quatuor virtutum cardinali/
um opera (domuz quoqz fecit filie pha
raonis q̄m vxorem duxerat) ideo per
ip̄am significatur quelibz ꝑsona xp̄o ꝑ
integritatē fidei desponsata ij. Cor. xi.
Despondi vos vni viro virginem castā
exhibere cristo. domus autez hui⁹ vxo
ris est solitudo lectiōis ⁊ oratiōis Osee
ij. Ducaz eam in solitudinem ⁊ loquar
ad cor eius ⁊ canet. s. in oratōe ⁊ lectio
ne (Et tulit hirā de tiro) per hyrā qui
fuit gentilis ⁊ artifex sapiencia plenus
significatur quilibet literat⁹ ad fidē cri
sti de gentilitate vocatus tales fuerunt
dionisi⁹ ariopagita ⁊ alij pluēs quorū
vita ⁊ doctrina ecclesie domus ē edifica
ta (et finxit duas columnas ⁊c̄) Inter
multa vasa que fecit hiraz pro templo
salomonis tria fuerunt notabilia scili/
cet due columne mirabiles mare eneū
⁊ lutres Per colūnas itelligitur doctri
na doctoruz ecclesie per quam fides d̄
fenditur ⁊ roboratur ⁊ fideles de mori
bus instruūtur ꝓpter quod vna colum
narum vocata fuit (Jachim) .i. firmi/
tas ꝓpter fidei roboratiōem alia vero
booz id ē fortitudo quia doctria morū
mortificat contra passionū impulsum
Mare eneuz in quo lauabātur sacerdo
tes quando debebant ministrare in al
tari significat veram ɔfessionē in qua
sacerdotes noue legis accedētes ad al/
tare debēt lauari. Per lutres āt in q̄/
bus lauabantur carnes hostiarum of
ferende in altari holocaustorum signi/
ficātur lacrime contritionis ⁊ deuoti/
onis quib⁹ anime lote p̄parātur vt do
mino sanctum sacrificium offerāt p̄s.
.l. Sacrificiuz deo spiritus contri. cor
cō. ⁊ hu. deus non des.

Capl'z. viij

Tunc ɔgregati sunt oēs maio
res natu israel ⁊c̄.) hic agitur
de portatione arche testamēti ad locuz
sibi ꝑatuz in templo intra sanctū scōꝝ
ꝑ qd̄ significat̄ celum empireum qui ē
locus btōrum sicut dictū fuit Exo. xxv
dc̄m etiā fuit ibidē q̄ per archam figu
rata fuit btā virgo maria ꝓpter quod
per hanc arche deportatiōem figurata
fuit huius virginis assumptio ꝑ maio/
res natu duces ⁊ p̄ncipes qui ɔgrega
ti fuerunt ad salomonē in arche depor
tatione significātur angeli de diuersis
ordinibus cum cristo venientes ad be/
ate virginis veneratiōem ⁊ eius assum
tionē Jero. in sermone legimus q̄m se
pe ad exequias ⁊ funera quorūlibet sā
ctoruz angelos aduenisse ⁊ exequijs eo
rum obsequia prestitisse nec ñ eoruz a/
nimas ad celum cum himnis ⁊ canti/
cis detulisse Sequit̄ ⁊ quanto magis
credendum est hodierna die miliciam
angelorum cum suis agmibus obuiaz
aduenisse genitrici dei eam qz ingen/
ti lumine circūfulsisse ⁊ vsqz ad tronuz
olim ante mundi constitutōem sibi ꝑa
tum cuz laudibus ⁊ canticis per duxis
se Sequit̄ ibidem nec immerito credit̄
q̄ ip̄e saluator omnium per se totus fe
stiuus occurrit eam qz secum in trono
collocauit (Stetit autem salomō ante
altare dñi ⁊c̄.) per orationes autem sa
lomōis hic diffuse positas significātur
orōnes hominis cristi ⁊c̄. q̄s ꝑ suis fi
delibus in vita presenti adhuc de genti
bus offert deo patri (fecit ergo in tem
pore illo festiuitatem celebrem ⁊c̄)
Per quod significat̄ q̄ beate virginis
assumptio debet esse valde celebris om
ni populo cristiano vnd̄ dicitur in qua
dam antiphona Ascendit cristus super
celos ⁊ preparauit sue castissime matri
immortalitatis locum ⁊ hec est illa pre
clara festiuitas omnium sanctorum fe
stiuitatib⁹ incōꝑabil' in q̄ gl'osa ⁊ felix

mirantibus celestis curie ordinib⁹ ad ethereuz ꝑuenit thalamuz q̄ pia sui memorum immemor nequaq̄z existit.

Capitulum.ix.

Factuz est autē cum ꝑfecisset salomō edificiū dñi ⁊c̄.)seq̄t̄ (Et tēplū qd̄ edificaui noi meo ꝓijciaz ⁊c̄.)et ex h̄ patet ꝙ omnia exteriora que fiunt ad cultū diuinū sic̄ est materialis ecclesia vasa argentea aurea et vestes.quātūcunqz sint sumptuosa ⁊ p̄ciosa non sunt deo accepta nisi ꝓp̄t̄ cultum interiorem ministrorum et aliorū fidelium qui cultus cōsistit in actibus fidei spei.⁊ caritatis vt dic̄ Augl. In ēcheridiū.fide spe ⁊ caritate colit̄ de⁹ vnde dicit Jero. quis sanctior exuꝑio tholosano qui corpus ⁊ sanguinē dei in vase vitreo ⁊ capella minima ꝯsecrauit vt aurum et argentū distribueret pauperibus (de filijs autē irahel non constituit rex salomō ꝟuiē q̄q̄z ⁊c̄.) Israhel iterp̄tatur videns deū ⁊ ido per filios isrl̄ intelligunt̄ clerici ⁊ religiosi qui p̄ ceteris debent habere ꝯgnitiōem dei.nec d̄bent ꝟuilibus opib⁹ occupari cui⁹ modi sunt mercatiōes ⁊ alia clericalē statum dedecēti a (ꝫ erant viri bellatores)scz cōtra vicia per virtutū exercitium et cōtra demones per orationis ⁊ lectōnis studiū vt p̄dicatiōis officiū valeant exercere (Et ministri eius ⁊ p̄ncipes ⁊ duces)In diuersis locis ecclesie dño ꝟuientes (Et p̄fecti curruū et equoꝝ)in bono regimīe populorū sicut d̄ helia dicitur iiij.Re.ij.pat̄ mi.pater mi currus isrl̄ ⁊ auriga eius (Classē quoqz fec̄ rex salomon)per classem intelligit̄ ecclesia militans que adhuc nauigat.in hac āt classe fuerūt ꝟui salomōis ⁊ ꝟui hyraz ⁊ aurū multum apportauerūt ad salomonē vt dicit̄ in textu.per ꝟuos āt salomonis itelligūtur apostoli alij qz discipuli d̄ iudea ꝯuersi.per ꝟuos aūt hirā gentilis intelligūt̄ hoies lr̄ati de gētilitate ꝯuersi vt Dioni.Amb.Augl.⁊ plures alij.per vtrosqz vero ꝟuos aurum multum sapiencie adquisitū est ecclesie ꝑ ꝯñs ip̄i cristo inq̄ztum est eius sponsꝰ verus salomon ⁊ predicti serui cum eo sunt in portu ecclesie triumphantis.

Capl̄m.x.

Sed ⁊ regina saba audita fama salomonis ⁊c̄.)per istam reginam que gentilis erat significatur ecclesia de gentibus collecta q̄ audita cristi fama ex eius miracul̄ per orbem diffusa.per fidem venit ad xp̄m et per exercitiuz deuoti studij diligēter inquisiuit veri salomonis sapiēciā in euāgelio ꝯtentam.in tm̄ ꝙ quicquid in doctrīa philosophica vidit eē doctrine cristi dissonuz r̄putauit simpliciter esse falsum d.(Maior est sapiencia tua et opa tua q̄m rumor quē audiui in terra mea

Moraliter autem per reginā saba itelligit̄ anima humana que regina dicitur eo ꝙ est ad imaginē summi regl. facta (Per saba) vero que captiua interp̄tatur significatur eius fedacio per peccatum originale ex cōiunctione cuz corpore per quod efficit̄ ꝟua ⁊ etl. ex miserijs sequentib⁹ peccatuz originale ꝓpter qd̄ dicit ph̄s p̄mo methaphisice ꝙ humana natura mltiplicit̄ ē ancilla et amplius per actualia peccata in ꝟuitutem redigit̄ Jo.viij.Qui facit pcc̄m ꝟuus est peccati glosa.non vnius tantum domini.ꝫ tot dñoꝝ quot viciorum ⁊ sic multipliciter captiuatur.audiens tamen bonitatem cristi per predicatoris vocem tanquam regina saba venit ad verum salomonē de regione longinqua Ambro.super Luc̄.Quid est lōginqui⁹ q̄m a se r̄cedere venit āt per veram penitenciam.sicut filius prodigus qui a patre longe recesserat et experiēs bonitatem et mansuetudinez xp̄i ip̄am recipientis d.(probaui ꝙ media pars).s.boītatis xp̄i(m̄ narrata nō fuēat) per predicatorem (Fecit ergo rex salomon cc.scuta de auro purissimo)per que significātur orationes clericoruz ⁊ religiosoruz deuotorum.per centenarium eni qui consurgit ex mltiplicatiōe denarij per se ip̄z significatur implecio x.mandatorum et per binarium significatur gemina caritas dei scz ⁊ ꝓximi orationes autem facte ad d̄caloguz implentibus et caritatl.geminam haben/

tibus valida sunt scuta cōtra demonū insultus (Et ccc. peltas) per quas signi ficātur orationes deuote laicorum qui sunt in triplici gradu scilicet incipienci um proficientium ⁊ perfectoꝝ. Per cē tenariuz autē significatur implecio de calogi per modum predictuz ⁊ dicunt orationes iste pelte a pello pellis qꝛ r̄pel lunt ictus tentationum ¶ (Fecit qꝫ rex salomon tronum) per quem significa/ tur virgo Maria in cuius gremio sedit tanq̄m in trono nobilissimo recipiens trium regum homagia (de ebore) qđ ratōe albedinis ⁊ frigiditatis significat puritatem Marie in alijs refrigerātem motus libidinis (grandē) imo grādissi mum meritis (Et vestiuit euz auro) fer uētissime caritatis (qui habebat vi. gra dus) ⁊ ɔtinētur Luce. i. p̄mus est ora/ tio solitaria ⁊ notat̄ cuz dicit̄ ⁊ ingres sus angel⁹ ad eā ber. sup̄ miss⁹ est quo i gressus in secreto cubiculo vbi orabat pr̄ez i abscōdito. scđus ē v̄gialis v̄ecū dia ibi turbata ē in p̄mōe ei⁹. terci⁹ est discreta prudēcia ibi Et cogita. qualis es. ista salutatio. Quart⁹ inquirentis diligēcia ibi quō fi. is. qm̄ viruz nō cog. Quint⁹ humiliātis se decēcia ibi Ecce ancilla domini. vij. fidelis obediēcia ibi fiat mihi scđm verbum tuum (Et due manus hinc atqꝫ inde tenentes sedile.) per quas significātur operatiōes acti ue vite ⁊ contēplatiue quia manus est organum organoruz iij. de anima Iste autez operationes excellenter fuerunt in virgine (Et duo leones stabāt iuxta manus) per quos significatur duplex fortitudo scilicz in aggrediendis ardu is ⁊ in tolerandis aduersis (⁊ xij. leon culi) per quos significantur xij. fructus spiritussancti vt ponūtur Gal. v. sic. fru ctus autem spiritus est caritas gaudi um pax paciencia longanimitas boni/ tas benignitas mansuetudo fides mo destia ɔtinencia castitas (stantes super vi. grad⁹) per quos significātur vi. do/ na spiritussancti qui ponuntur Isa. xi. scđz hebraicaz veritatē requiescet sup̄ eam spiritus sapiencie ⁊ intellectus spi ritus consilij et fortitudinis spirit⁹ sciē cie ⁊ implebit eum spiritus timoris do mini In nr̄a vero trāslatione addit̄ do num pietatis (non est factum tale op⁹ in oīb⁹ regnis) nā in celis neqꝫ in t̄ris est aliq̄ pura creatura sibi similis

Capl̄m xi.

Rex autem salomon adamauit mulieres alienigenas multas ⁊c̄.) In hoc autem facto salo/ mon non fuit figura cristi sicut dictuz est supra naz in ip̄o nullus fuit defect⁹ peccati sed in hoc facto salomon typū tenz sapientis hominis dei iudicio nob occulto a sapiencia cadentis qui sicut salomon tria colit idola scilicet (astar/ tem deam sidoniorum) per delicie car nales significantur eo q̄ astartem plas mationis superfluitas interpretatur Semen autē in cuius emissione est de lectatio vehemens de superfluo alimēti generatur (Et chamos deum moabi/ tarum) per quē significātur diuicie tē/ porales eo q̄ chamos ɔgregatio inter pretatur (Et maloch idolum amonita ruz) per qđ honores mūdiales signifi cāt̄ eo q̄ moloch plage interp̄tat̄ p̄so ne vero in magnis honoribus posite đ cōmuni cursu semper timent sibi đ pla ga mortis gladio. vel veneno vel alijs modis contra eos excogitatis (Su scitauit autem dominus aduersarium salomoni ⁊c̄.) suscitauit autez domin⁹ salomoni tres aduersarios vt patet in textu p̄ q̄s significātur tres demōes q̄ homini a sapiencia điecto immittunt de predictis tentationes ⁊ sic euz indu cunt ad multiplicem culpaz ⁊ post hoc trahūt nisi penituerit ad gehēnā Itē p̄ salomonē sapiētissimū p̄ mlieres tā mi serabiliter deiectū ⁊ in senectute doceri dz q̄libet hō q̄ntūcūqꝫ sapiens et etiaz senex fugiēdi familiaritates mlieꝝ ma xie suspectaꝝ ne sibi ɔtigat sile dispēdiū

Capl̄m xij

Dormiuit salomon cuz patrib⁹ suis ⁊c̄.) seq̄tur (regnauit qꝫ roboā filius eius pro eo) per ro boā q̄ mortuo pr̄e potentissimo sanū ɔ siliū dereliquit et consilio iuuenuz ad herens p̄sumptuose p̄plo respondit d.

(pater meus aggrauauit iuguz vestrū ego auē addam iugo vr̄o) ⁊ sic ꝑdidit x. ꝑtes regni sui. datur filijs regum nobilium et potentuz vt non de se p̄sumāt nec ꝯsilio iuuenū qui sūt iexpti credāt ꝫ magis consilio senū exptorum adq̄escāt (dixit qꝫ Jeroboā in corde suo ⁊c̄)per istum Jeroboam quē dn̄s de hūili statu eleuauerat ad regnū ⁊ tamen statim fecit vitulos aureos ad tollendum cultum diuinum significātur illi de dei beneficijs ingrati. non solum deo grās debitas non referunt sed etiam ip̄z impugnant q̄ꝫtum possunt (Et ascendens altare ⁊c̄.) ⁊ sic post obtentum regnuz vsurpauit sibi sacerdotiū ⁊ sic per ip̄m significatur effrenatus ambiciosꝰ q̄ obtenta dignitate cuius etiam non est dignus conatur illam obtinere cum prima non obstante sua insufficiencia.

Capl'z. xiij.

Et ecce vir dei ⁊c̄.) per quez significatur predicator q̄ debz esse vir a constātia ⁊ dei ex bona vita (venit d̄ iuda in sermone dn̄i) Nam predicator a deo debet esse missus ⁊ hoc immediate vel mediante vicario eius Ro. x. qūo predicabunt nisi mittantur (Jeroboaz stante sup altare) per quem intelligit̄ publice peccans et iuerecunde ⁊ spūaliter existens in ptāte sicut Jeroboaz qui publice idolatrabat et alios ad hoc inducebat (⁊ cl'auit ꝯtra altare). i. cōtra idolatras ⁊ idolatriam ibi perpetratā (ecce nascetur filius de domo dauid Josias nomine) per quez significatur cristus et eius aduentus ad iudiciū. ideo subditur (Et immolabit sacerdotes super te). i. ꝓpter peccata super te facta ⁊ per sacerdotes istos intelliguntur mali prelati clerici ⁊ religiosi qui immolabūtur in iuditio qn̄ ꝑ cristi sentēciā detrudentur in inferno (Et ossa hoim super te incendet) per hoies intelligunt̄ laici peccatores ⁊ per ossa intelliguntur peccatorū corpa. naz illa damnatio erit simul in corpe et anima. p̄dicator autez debet ꝓclamare ista futura quia denūtiare debet penas ⁊ premia (Cunqꝫ audisset rex) sequit̄ (apprehendite eum ⁊c̄)per hoc ostēditur obstinatio peccāciū q̄ ad v̄ba p̄dicatoꝝ n̄ ꝯterūt̄ ⁊ qd̄ peiꝰ est aliquando ꝑsequūtur ⁊ tn̄ isti in necessitate corpali positi preces illoruz q̄s an̄ ꝑsecuti fuerūt petūt qd̄ significat̄ ꝑ hoc quod subditur (deprecare faciem domini ⁊c̄.) ꝙ nō est deneganduz scd̄z doctrinaz cristi Math. v. orate ꝓ ꝑseq̄tibus ⁊ calūniantibꝰ vos. (ꝓphes āt senex) per istum autem falsuz prophetā ⁊ eius filios figurati fuerunt pseudo apostoli etiam eorum sequaces qui nitūtur impedire veros p̄dicatores. Per h̄ autem ꝙ verus propheta per falsum ꝓphetam fuit deceptus sicut dicitur ifra (Fefellit eum) significatum fuit scd̄m qd̄ dicit beatus Gregl. ꝙ ex miracul' que deus fecerat ad eius verba fuit elatus ⁊ ex hoc decipi ꝑmissus ꝓpter qd̄ predicatores verbi dei multum debent esse soliciti. ne propter bona que faciūt eleuentur ⁊ per consequēs a malis hominibus decipiantur ⁊ vlterius puniāt̄ sic̄ fuit iste de q̄ subditur (Inuenit euz leo in via ⁊ occidit) ⁊ per hanc penam ostenditur ꝙ peccauit sed ꝑ hoc ꝙ leo cadauer eius non tetigit sed intactū custodiuit ostēdit̄ ꝙ pc̄cato v̄e peituit ⁊ dei sententiam acceptauit ⁊ sic per mortez corporalē eius peccatū expiatū fuit Circa qd̄ considerādū ꝙ dominꝰ leues culpas iustorum in presenti aliqn̄ grauiter punit vt ꝑ hoc nobis appeat grauitas pene que pro grauibus culpis in futuro reseruatur infligenda Hebre. x Horrendū ē incidere manꝰ d̄i viuētis.

In illo tempore egrotauit)Ca. xiiij. abia ⁊c̄.) seq̄t̄ (Vade in sylo vbi ē haia ꝓpheta ⁊c̄.) Allegorice per hayam ꝓphetaz cristus significatur de quo Luc̄ vij. dicitur. ꝓpheta magnꝰ surrexit i nobis per vxorem Jeroboam que simulatorie venit ad hayam significatur collegium scribarum et phariseoꝝ sil'atorie veniencium ad cristum vt eum caperēt in sermōe Math. xxij. Et sicut hayas simulatiōem mulieris percepit d. (quaē te aliaz esse simulas ego aūt ad te missus sum durus nuncius) sic cristus simulationes phariseorum ⁊ scribarum

ognoscēs eos increpauit d.quid me tē
tatis ipocrite ꝙ tanq̄m nuncius a deo
patre missus eis damnatiōez suā denū
ciauit Math̄.xxiij.ve vob̄ scribe ꝙ pha
risei ipocrite ꝛc̄.ꝓpter quod fuit eis cu
rus nuncius Moraliter autem p hayā
ꝓphetam intelligitur bonus prelatus
ꝙ clare videns in suis operibus qui eni
hodie dicitur ꝓpheta olim appellabat̄
videns i.Regl.ix.per mulierez filatoziā
significatur psona ficta.volens ascēde
re per suam fictionem sed bonus prela
tus ꝙ sensatus debet talez repellere nō
solum ab optato sed etiam ab obtento
quādo potest fieri bono mō.(In quito
anno regni roboaz ascendit sesach rex
egipti in ierusalem)Allegorice per ie
rusalem intelligitur ecclesia militans
Per regē egipti que interpretatur tene
bra diabolus in tenebris peccatoruz et
inferni regnās Ipe vero ascendit dtra
ecclesiam militantem ꝙ in magna pte
abstulit(thesauros domus domini).i.
merita prelatoꝝ clericoruz ꝙ religioso
rū per malam eoruz vitam(ꝙ thesau
ros regios)id est merita p̄ncipum per
tirānidem ipoz̄um (scuta quoqz aurea
que fecerat salomon).i.cristus per que
significātur veritates sacre scripture ō
quibus dicitur ꝓuer.xxx.omnis fmo
dei ignitus clipeus est spantibus in se
ista vero scuta abstulit diabolus.naz p
eius instinctum multi prelati clerici et
religiosi circa studiuz sacre scripture iā
non sunt intenti sed magis circa terre
na negocia que implicant ad peccata (
pro quibus fecit rex roboā scuta erea)
per roboam qui latitudo ꝑpl̄i interp̄ta
tur theologi ostentatores sui significāt̄
qui magis famam suam q̄m vtilitatez
doctrine dilatare nituntur ꝙ isti pro scu
tis aureis faciunt erea.naz dimissis ve
ritatibus theologicis docent ꝙ studēt
phica ꝙ logicalia ꝙ sic possunt dicere
factus sum velut es sonans aut cimba
lum tinniens

Capl̄z xv.

Igitur xvij.anno regni Jeroboā regna
uit abia super iudam)In hoc capitlo
scribitur historia regum abie ꝙ asa. In
complete tamen complecius vero ponitur ij.ꝑalip̄p.xij.ca.ꝙ xiiij.ꝙ xv. ꝓpter quod ibi ponetur expositio mistica do/mino concedente (ascendit baasa rex i/srael in iudaz et edificauit rama).i.fortalitiū magnum ꝙ excelsum ad impugnandum regnum iudaꝙ prohibendū suos subditos ne transirent in ierusalē ad adorandum dominū ꝓpter quod significat diabolum qui quantū potest impugnat eos qui numero et merito sunt de regno x̄pi vt sub suo dominio ptrahantur.ꝙ fil̄r peccatores qui iam sunt de suo regno prohibet q̄ntum potest ne ad gratiam reuertātur Et similiter faciunt sacerdotes ꝙ clerici impugnātes religiosos pauperes ꝙ suos subditos i pediūt ne ꝑ ofessiōib9 recurrūt ad eos ad habendum sanius consilium

Capl̄m xvi

Actus est autem sermo dñi ad
iehu filiū anani contra baasa
ꝛc̄.)sequitur postea.(ob hanc
causam occidit euz)bela namqz filius
baasa occidit iehu ꝓphetā eo ꝙ̄ dixerat ex persona dñi demetaz posteriora
baasa ꝙ sic nō solum ꝓphetauerat cō/tra baasa ꝫ etiaz dtra bela filium eius
ꝙ per istos allegorice significati fuerūt
p̄ncipes iudeoruz qui machinati sunt
in morte x̄pi eo ꝙ̄ dixerat ciuitatē ꝙ tē/plū destruenda Luce xix.videns ihūs ci
uitatē fleuit sup illā dicens.qz si ognouisses ꝙ tu.seqtur quia veniēt dies in te
ꝙ circūdabūt te inimici tui vallo coan
gustabunt te vndiqz ꝙ ad terraz ꝑsternent te.ꝙ filios tuos qui in te sunt.ꝛc̄.

Moraliter autem per baasa ꝙ eius fi
lium significātur peccatores obstinati
qui ad verba p̄dicatoruū a mal̄ suis nō
reuertuntur ꝙ qō pei9 est ꝓput possunt
eos nequiter psequūt̄(ignauit zambri
)seqt̄(emitqz mōtem samarie a somer
duob9 talentis argenti)somer interpretatur custodiens ꝙ ideo signat prelatū
ad quez spectat bona ecclesiastica custodire Per montem vero ecclesiastica
dignitas dsignat̄ Igit̄ per zābri q̄ mō
tē emit a somer sigificat̄ simoniac9 q̄
p̄bēdā vl̄ gradū eccl̄iasticū emit a sup

ore ⁊ sic vt̄q; crim̄ icurrit simonie ⁊ ad
h̄ ꝯsonat interpretatio nois vtriusq; d̄
somer v̄o patet per predicta Amri v̄o
amaricans interpretat̄ ⁊ hec interp̄ta/
tio ꝯuenit simoniaco Naz ⁊ simoni a q̄
dicta fuit simonia dixit beatus Petrus
Act.viij. In felle amaritudinis ⁊ obli/
gatione iniq̄tatis video te esse volebat
eni spūalem emere potestatem vt patz
ibidem (Et regnauit achab) sequit̄
(Insup duxit Jesabel) que interp̄tatur
fluxus sanguinis ⁊ iō significat q̄cūq;
p̄sonā sitibundā sanguinis īnocētis vñ
⁊ ista iesabel occidi fecit Naboth inno/
centem (In diebus aūt eius edifica
uit Hayel de bethel iericho) per Hayel
qui viuens deo interp̄tatur p̄fitens in
religione significatur. q̄r si p̄fiteat̄ d̄bi
te moritur mundo ⁊ incipit deo viuere
p̄pter qd̄ dicitur de bethel que domus
dei interp̄tatur Nam religio dom⁹ dei
nominatur Jericho vero interp̄tat̄ lu/
na que p̄pter sui variatiōem mundum
significat qui ē in mutabilitate ꝯtinua
igit̄ haiel Jericho reedificat. qñ p̄fes
sus in religione in actibus mundanis ⁊
secularibus se occupat ⁊ in hac reedifi
catione tota proles eius moritur quia
bona opera sua mortificant̄ p̄pter qd̄
dicitur ij. Thi.ij. Nemo militans deo i
plicat se secularib⁹ negocijs vt ei place
at qui se probauit

Capituluz. decimū septimū

Et dixit helias thesbites de ha/
bitatoribus galaad) per gala
ad qui interpretatur aceruus
testimonij sacra scriptura significatur
in qua dei testimonia coaceruātur In
hoc autem aceruo doctor ⁊ predicator
debent habitare per diligens studium
sacre scripture quia significatur p̄ he/
liam p̄phetam ⁊ p̄dicatorem ⁊ sicut he
lias cessare fecit pluuiam ⁊ rorē p̄pter
achab ⁊ p̄pter eius nequiciā sic aliqñ
p̄dicator cessaē debet a pluuia predica
tiōis p̄pt̄ p̄pli maliciā sic āt fecit paul⁹
Act.xix. Cum autem quidā induraren
tur et non crederent maledicētes viam
dei coram multitudine discedens ab
eis paul⁹ segregauit discipulos et Eze.
iij. Dixit domin⁹ ei linguam tuaz adhe
rere faciam palato tuo ⁊ eris mut⁹. q.
vir obiurgans quia domin⁹ exasp̄ans
est. et sic helias recessit ab achab ⁊ ei⁹
populo dicente sibi domino (recede hic
⁊ vade ⁊c̄.) Corui quoq; deferebāt ei
panez et carnes ⁊c̄.) ex hoc patet dei tc̄
circa seruos suos p̄uidēcia quia lauci⁹
pauit heliaz per aues q̄z per homines
Nam postea pauit eum per viduam pa
ne et aqua sed quoniā humana p̄uisio
non est contēnēda ideo domin⁹ fecit eū
petere buccellam panis a vidua muliē
per hoc autem q̄ farina vidue non de/
fecit ⁊ lechitus olei non fuit imminut⁹
significatum fuit q̄ sustentantibus dei
seruos non deficiūt bona temp̄alia ad
ꝯueniēciā vict⁹ ij. Cor.ix. qui autez ad
ministrat semen seminanti et panez ad
manducandum prestabit ⁊ augebit in
crementa fruguz iusticie vestre. vt i om
nibus locupletati abundetis in omnez
simplicitatem ideo sequitur (Et come/
dit ip̄e et illa et domus eius factum est
post hec verba egrotauit filius mulieris.
) sequitur (Ingressus es ad me vt r̄me
morarent̄ iniquitates mee) per hoc ostē
ditur q̄ predicator euāgelij qui per he
liam significatur vt predictum est In
domibus hospitum debet esse tam ex
emplaris vite q̄ filij hospitum id est o/
pera eorum mortua videantur in com/
p̄atiōe ad opera p̄dicatoꝝ per hoc āt
q̄ mulieris filius per preces helie fuit
a mortuis suscitatus. significatur q̄ o
pera recipienciū p̄dicatores per bonas
exhortationes et preces eorum videant̄
resuscitata per emendatiōem vite ip̄oꝝ
vt sic hospes possit dicere qd̄ sequitur
(Nūc in isto cognoui qm̄ vir dei es tu ⁊
v̄bum domini in ore tuo veruz est.)

Post multos dies fa/ C.xviij
ctum est verbuz dm̄ ad heliaz
dicens. vade ostende te achab
⁊c̄.) per hoc autem q̄ helias p̄pter ob
stinationem achab ⁊ populi eius a pre
dicatione cessauit ⁊ de terra recessit po
stea vero per afflictionez famis intelle/
ctu dato ip̄i achab ⁊ eius populo heli/
as redijt ⁊ increpationem rescripsit vt

patet in sequentibus. Et tunc eius ver/
bum effectuz habuit quia tunc popul⁹
dixit (domin⁹ ip̄e est deus) ostenditur
ꝙ predicator veritatis considerare dz
oportunitatez temporis ad predicādū
quia scriptum est Ecc̄i.iij. Tempus ta
cendi et tempus loquendi ꝓpter quod
super illud Math.xxiij. Ecce ego mitto
ad vos sapientes ⁊ scribas dicit Jero.
Sapientes qui nouerint quādo ꝺbeāt
proferre sermonez (Tunqz iam temp⁹
esset vt offerretur olocaustum ⁊c̄.) per
sacrificium helie significatur sacrificiū
p̄dicatoris de propria carne vnde paul⁹
predicator ꝟitatis dicit.i. Cor.ix. Ca/
stigo corpus meum ⁊ in seruitutem re/
digo ne forte cum alijs p̄dicauerim ip̄e
reprob⁹ efficiar ⁊ ad hoc sacrificiuz offe
rendum inducit nos apostol⁹ Rō. xij.
Obsecro vos fratres per misericordiaz
dei vt exhibeatis corpa vestra hostiam
viuentem scām deo placentez rationa
bile obsequium vestrum sed quoniā nō
solum caro sed ⁊ spiritus hominis est
offerendus ideo ad hoc significandum
facta fuit trina effusio aque super helie
sacrificiuz per q̄m significatur t̄plex ef
fusio lacrimarum scilicet lacrimarum
contritionis ex r̄cordatione peccatoꝝ
Jsa.xxxviij. (Dixit ezechias domino)
recogitabo tibi omnes an.m.in ama.
anime mee ⁊ ibidem sibi dicitur a dn̄o
audiui orationez tuam ⁊ vidi lacrimā
tuam. Effusio scd̄a est lacrimarum cō
passionis. ex cōpassione ad cristuz pro
nobis passum Jo.xx. Maria sta. ad mo
numētū foris plorans. Tercia vero est
Effusio lacrimaruz deuotionis ex dile
ctione premioruz p̄s.xli. Fuerunt mihi
lacri.me.panes die ac nocte sequit̄ trā
sibo in locum tabernaculi admirabilis
vsqz ad domnz dei (Dixit qz helias
apprehendite ꝓphetas baal) qui inter
pretatur deuorator ⁊ ideo ꝑ prophetas
baal intelliguntur doctores ⁊ predica/
tores falsitatis ꝓpter questuz tempalē
per hoc ergo qd̄ helias ꝓphetas baal
occidit vt dicitur in textu significatur
ꝙ predicator veritatis debet tales fal/
sos p̄dicatores ⁊ doctores percutē gla
dio verbi diuini ⁊ denunciare eos occi
dendos per sentenciam dei (Ascēdit
autem helias in verticem montis car/
meli ⁊ pronus ⁊ in terram ⁊c̄) per hoc
autem ꝙ helias suis precibus pluuiā i
petrauit significatur ꝙ per orationes
deuoti pastoris vel p̄dicatoris impetra
tur gratia saluatoris

Capl̄z xix.

Annūciauit autem achab iesa/
bel omnia ⁊c̄.) sequitur (misit
itaqz iesabel nuncium ad heliā
) sicut in expositione sacre scripture fit
aliquando transitus a capite cristo ad
eius membra ꝓpter mutuam connexio
nem sic etiaz fit transitus ab vno cristi
membro ad alid̄ ꝓpt̄ eādē rationē igit̄
sicut per heliam p̄us significat⁹ est bo
nus doctor vel predicator ita hic ꝑ eū
significatur bonus discipulus doctori.
vel predicatoris aut eius imitator per
hoc ergo ꝙ helias fugit a facie iesabel
significatur ꝙ bonus discipul⁹ fugere
debet concupiscenciaz carnis que signi
ficatur per iesabel eo ꝙ interpretatur
fluxus sanguinis ex cuius abundācia
excitatur carnis concupiscencia (et ꝑ
rexit in desertum) per quod significa/
tur religionis ingressus vel austeritas
victus sed quia post ingressum religio/
nis vel inchoationem vite austerioris
aliqui tepescunt id̄o subditur (⁊ obdor
miuit). tepor enim aliquando nomina
tur in scriptura sopor (Et ecce angelus
domini tetigit eum) nam angelus cu
stos hominis eum excitat ad bonum
exercicium dicens. surge per mentis vi
gilanciam (et comede) sacram eukari
stiam (grandis enim tibi restat via.)
quasi diceret ipsa est tibi viaticum du/
cens ad patriam ideo sequitur (Et am
bulauit in fortitudine cibi illi⁹ quadra
ginta diebus ⁊ quadraginta noctibus
vsqz ad montem dei oreb.) Per hanc
ambulationem helie. significatur pro/
cessus de bono in melius vsqz ad per/
fectionem vite que est peruentō vsqz ad

patriã in spe tñ que ẽ certa expectatõ fu
ture btitudinis ex gratia ⁊ meritis pro
ueniens. Per xl. vero dies naturales q̃
consurgunt ex ductu denarij per quat̃
narium significatur obseruancia deca
logi in fide xp̃i d̃scripta in libris q̃tuor
euangelistaꝝ (Et cum venisset illuc mã
sit in spelunca). i. in obscuritate fidei q̃
ẽ in enigmate quia q̃ꝫtũcũqꝫ ꝓficiat ho
mo in vita p̃nti tamẽ adhuc manet sub
fidei ꝯgnitione que multũ distat a p̃rie
claritate ido subdit̃ (quid hic agis he/
lia) q. d. non est adhuc tempus ꝑfecte
quietis sed laboris pro salute proximo/
rũ. cum necessitas hoc requirit. Et in
hoc arguit illos qui pro sua quiete ma
gis volũt ꝯtemplari dimissa ꝓximorũ
necessitate. Ereg. q̃ solitudinis loca q̃/
runt. hoc scire debent ꝙ tot animaruꝫ
ipso p̄ñs ca. exponet̄ in q̄ aliqñ ꝓ se loq̄t̄ aliqñ pro suis mēbris varie tñ. nā aliquā do loquit̄ pro membris fortibus. aliquā/ do pro infirmis. dicit igitur (vsqueq̄ affli gitis animā m. ⁊ atteritis me ꝑmonib⁹) vt sit verbū christi ad insidiantes sibi de quib⁹ dicit̄ Lu. xi. Ceperūt pharisei ⁊ le/ gisperiti grauiter insistere ⁊ os ei⁹ oppri/ mere de multis insidiantes ei. (en decies cōfunditis me). i. conamini me cōfunde re. Denarius eni numerus perfectus est ideo significat ꝑfectionē. (nempe si igno raui ꝛc̄) Hic accipitur si pro nō. naz igno rantia non fuit in christo licet pharisei te nerent contrariū. vnde Lu. vij. dixit pha riseus. Hic si esset ꝓpheta sciret vtiqꝫ que ⁊ qualis est mulier que tangit eum quia peccatrix est (at vos contra me erigimi) per superbiā. (⁊ arguitis me) de sabbati transgressione ⁊ peccatoꝝ familiaritate ⁊ huiusmōi. sicut patet ex textu euāgelij. (Saltem nunc intelligite ꝙ deus ꝛc̄) id ē ꝙ non affligit me pro peccatis proprijs. (Ecce clamabo vim patiens) naz in cru ce clamauit hely hely ꝛc̄ (Vociferabor ⁊ non est qui iudicet). i. vindicet. mors eni christi tunc non fuit vindicata. (Semitā meam circūsepsit.) id est vitam meam in omnibus partibus corporis ⁊ sensibus afflixit (⁊ in calle meo tenebras posuit) qꝛ tunc christi discipulos deus in fide dubi/ tare permisit (Spoliauit me gloria mea) quando principalis discipulus euz in sua facie ter negauit (abstulit coronā de capi te meo) quando sui negauerunt eum esse regem coram Pilato (destruxit me vndi qꝫ ⁊ pereo) fugientib⁹ discipulis ad mor/ tem eūdo (⁊ q̄si auulse arbori abstulit spē meam) in discipulis desperantibus chri sti resurrectionē. Lu. xxiiij. nos autē spera bamus ꝛc̄) iratus est contra me furor ei⁹) ꝑm apparentiaz humanā tm̄. ideo sequi tur (habuit me. q. hostem) ly quasi notat apparentiam ⁊ non existentiā (Simul ve nerunt latrones eius) qui in cruce conui ciabantur christo vt dicit̄ Mar. xv. Licet vnus post penituerit. vt dicit Theo. (Et obsederūt in giro tabernaculū meū) mili tes custodientes sepulcrū (fratres meos longe fecit a me ꝛc̄) per fratres intelligūn tur apostoli (per notos) lxx ij. discipuli (ꝑ ꝓpinquos) illi qui erāt de ꝯgnatione xp̄i (Inquilini domus mee ꝛc̄). i. ꝑsone meo seruitio deputate (seruum meum) i. popu lum iudaicum quando susceptione legis obligauit se seruituti diuine (Vocaui) ad graciā (⁊ non rñdit mihi.) cōdemnando eam (halitū meuz exhorruit vxor mea.) synagoga abhorrēs christi verba (⁊ ora bam filios vteri mei) ysa. i. Filios enutri/ ui ⁊ exaltaui ipsi autem spreuerunt me. (stulti quoqꝫ despexerunt me). i. ignari le gis de quibus dicit̄ Math. xxvij. Prete/ reuntes autē blasphemabant ꝛc̄ (Abomi nati sunt me quondam consiliarij mei.) id est legisperiti (⁊ quē maxime diligebaz aduersatus est me) Iste est populus iuda icus qui fuit peculiaris domino ⁊ p̄dile/ ctus (pelli meo cōsump. car. adhe. os m. ꝛc̄) per hoc innuitur ꝙ saluator noster fu it multum macilentus maxime tempore mortis sue. ꝓpter ieiunia ⁊ afflictiones p̄ teritas ⁊ p̄ñtes (miseremini mei) q. d. om nis creatura compati debet christo mori enti (saltem vos amici mei). i. iudei ex q̄/ bus natus fuit christus ꝑz carnem ⁊ q̄a fecerunt contrariū. Sequit̄ (quare perse q̄mini me sicut deus) deus eni pater ꝑse cutus fuit filium in q̄ꝫtum pro nobis tra didit illū (Et carnibus meis satura.) id ē afflictionibus corporis mei (Quis mihi tribu. vt scribātur ser. mei ꝛc̄) ꝑ hoc ostē/ dit Job ꝙ volebat dicere aliqd̄ magnum ⁊ firmiter retinendū cuiusmodi est resur rectio generalis omnium. ideo subditur. (Scio ꝙ redemptor me⁹ viuit ꝛc̄. quare ergo nunc dicitis persequamur eum ꝛc̄) tanquā malum ⁊ desperatū cum sperem in saluatorem meum. hoc dicitur in ꝑso/ na Job. Et potest exponi mistice in mem bris christi futuris tempore antichristi (⁊ radicem verbi inueniamus contra eum.) id est occasionez condemnandi eum ex verbis eius (fugite ergo a facie gladij ꝛc̄) id est sentencie diuine (Et scitote esse iu/ dicium) scilz generale futurū in quo pu nietur grauissime illud quod nunc videt̄ oblitum.

Capitulū vicesimū.

Respondens autē Sophar ꝛc.) contra Job replicando q̄tuz ad illud in q̄ adhuc dissentiebat ab eo.s.q̄ pene vite p̄nis infligūt a deo pro peccatis p̄teritis ꝛ quia videbat iob grauiter percussum reputabat eū fuisse valde malū ꝫ qm̄ in ip̄o Job multa bona apparuerāt que negare nō poterat. illa fuisse facta per ypocrisim asserebat. licz aūt eius verba nō valeant otra Job valēt tm̄ contra eos qui tales sunt ꝛ sic dixit(scio q̄ a p̄ncipio mundi laus impioꝝ breuis fit)qz nō durat vltra p̄ntem vitā que breuis est ꝛ frequēter eius fictio ante mortē deꝑhendit ꝛ sic eius laus in vituperium versatur(Et gaudium ipocrite ad instar p̄ncti)i.nullius momenti(si ascenderit in celum)per sanctitatis apparentiā(quasi sterquiliniuz in fine perdet)qz ꝓpter peccati fetorem ad eternū supplicīū ꝓtrahetur(Et qui viderant eū)in gloria mūdana(dicent vbi est)i.nō apparz vltra (filij eius atterent)egestatei.eius imitatores punient pena gehenne(ꝛ manꝰ illiꝰ redident ei dolorem suū).i.eius opera faciēt eum pena dignū (ossa illius implebūtur vicijs)i.eius satellites qui euz roborāt in malis similes erūt ei in vicijs ꝛ in penis. (Cum enī dulce fuerit in ore eius malū) .i.delectabile sibi ꝓpter habitū vicioſum. (abscondit illud sub lingua sua).i.diu retinet sicut dulce nō statiz glutitur ꝫ in lingua retinet (parcet illi ꝛc.) replicatio est eiusdē sentencie sub alia similitudine(panis eius in vtero illius ꝛc)i.delectatō culpe vertetur in amaritudinē ꝓpter grauedinem pene(Caput aspidum suget)i.peccatū q̄d est sibi mortifer delectabiliē faciet(ꝛ occidet eum lingua vipere).i.ꝛmis oscientie(nō videat riuulos ꝛc)i.abundātiam dulcedinis electoꝝ(luet q̄ fecit oia)s.peccata(nec tm̄ osumetur)qz pena sua nō terminabit(iuxta multitudinē adinuentionū suaꝝ ꝛc.)qz ꝑm mensurā peccati erit ꝛ plagaꝝ modꝰ.(qm̄ confringens domum nudauit pauperis) omni substātia sua(nec est saciatus)Prouer.xi. Alij rapiunt nō sua ꝛ semper in egestate sūt (Tuz saciatus fuerit)i.plenus bonis temporalibꝰ(artabit ꝛc)i.anxiabitur de eoꝝ custodia.Sicut ille diues de quo dicitur Luce.xvj.Quid faciam quia non habeo quo congregem bona mea ꝛc.(vtinā impleatur venter eius ꝛc̄).i.ex tali repletiōe torqueatur ꝛ diuinitus torqueatur(fugiet arma ferrea ꝛc.)qz contingit aliquādo q̄ malus euadit penam iudicis visibilis. sicut arma ferrea fulgida sunt ꝛ feriunt de proinquo ꝛ incurrit penam iudicis inuisibilis ferientis de longinquo(vadent ꝛ venient super eum horribiles)i.demones quibus subijcietur in pena sicut subiectꝰ fuit eis in culpa(omnes tenebre)culpe ꝛ pene(abscondite sunt in oculis eius)quia non vult eas conspicere(deuorabit euz ignis qui non succenditur)Hic est ignis gehenne qui non succēditur ab homine ꝫ a deo.ysa.xxx.Flatus dei sicut torrens sulphuris succendens eam scilicet gehennā(affligetur relictus in tabernaculo suo)id est in loco inferni sibi deputato(revelabunt celi iniquitatem eius ꝛc̄)nam angeli celestes ꝛ homines terrestres cōtra eum erunt testes(Et apertuz erit germē domus illius)id est manifestus erit suorum operum effectus.)Hec est pars hominis impij(id est illud q̄d ꝓ omnibus ꝛ bis suis ꝛ operibus reportabit

Capitulum xxi.

Respondens autem Job ꝛc̄)hic ponitur ip̄ius iob responsio vbi primo petit audientiaz dicēs.(audite queso ꝛc̄)ꝛ optat amicorum correptionem dicēs(ꝛ agite penitentiam ꝛc. numquid contra hominē disputatio mea est.) quasi diceret sic.ꝛ ideo merito debeo cōtristari si nolui intelligere ꝛ emendari (ꝛ ego quando recordatus fuero)de eorum rebellione contra veritatem(pertimesco)ne q̄d absit mihi sic eueniat(quare ergo impij viuunt ꝛc̄)Hic prosequitur Job intentum de felicitate temporali que frequēter contingit malis hominibꝰ ꝓpter q̄d non potest esse premiū virtutis.hanc aūt felicitatem describit quantū ad longam vitam.honores.diuicias. multitudinem prolis ꝛ ꝓinquorū ꝛ securitatem pacis ꝛ fecunditatem animaliū ꝛ iocunditatez prolis ꝛ amicoꝝ ꝛ patet in textu.vsq; ibi

(qui dixerũt deo recede a nobis ꝛc.)vbi remouet quandã falsã solutionẽ que poſſet dari ſcilicet ꝙ deus talia bona dediſſet eis eo ꝙ ſeruierant ei ꝛ patet(verũtamen qz non ſunt in manu eorũ bona ſua)ꝫ econuerſo quia ſeruiunt bonis ſuis (q̃ tiens lucerna impiorum extinguetur)lucerna hominis eſt ratio recta que extinguitur in impijs.Papi.ij.Excecauit enim eos malicia eorum(ꝛ ſuperueniet eis inundatio)id eſt punitio diuina que ſicut inundans aqua venit ex improuiſo(erũt ſicut palee)igni gehenne parate.Matb.iij.Paleas autem cõburet(Deus ſeruabit filijs illius dolorem patris.)id eſt ſimilem penam imitatoribus ſuis.(ꝛ cum reddiderit tunc ſciet)ſcilicz pater per experientiaz.nam filioꝝ damnatio augmẽtabit ſuam penam.ꝓpter qđ diues epulo formidabat aduentũ fratruz ſuoꝝ in gehennã.Luce.xvi.(oculi eius videbũt interfectionem ſuam)id eſt filiorum ſuorũ damnationẽ que dicitur interfectio eo ꝙ eſt mors ſcda.ꝛ quia poſt mortem nõ poteſt aliquid diſponere de domo ſua ſubditur(Quid eni ad eiz pertinꝫ ꝛc.ſi numerus menſiuz eius dimidietur)id eſt ſi ratio domus ſue breuis.ꝛ quoniã hec ꝑmiſſa ſunt a deo.ſequit.(nunquid deum docebit quiſpiam ꝛc.) Iſte moritur.)hic ponit quedã diſtinctio morientiũ in mortali peccato.ꝑm tamen expoſitionẽ miſticam.cum dicitur(iſte moritur)per peccatum mortale(robuſtus ꝛ ſanus)corpore (diues ꝛ felix)temporali proſperitate(viſcera eius plena ſunt adipe).i.mens eius ſuperbia que dicitur adeps .eo ꝙ oritur ex proſperitate temporali .ſicut adeps ex abundantia cibi(Et medullis oſſa illius irrigantur)id eſt eius amici quibus fortificatur.ſimiliter in ſuperbiam eleuantur.(alius moritur in amaritudine)peccando mortaliter ex inordinato affectu ꝛ malo conatu ad diuicias quas nõ poteſt habere(Et tamẽ ſimul in puluere dormient)nam ambo terreno ꝝ curis cõſopiũtur (Et vermes operient eos)qz curis mordacibus lacerantur ꝛ quoniã alios eſtimant ſibi ſimiles.ideo ex perſona iuſti eiſ reſpondet(certe noui cogitationes vras ꝛc.)ꝛ quoniam ex abundantia cordis os loquitur.ideo de iuſtis obloquũtur dicẽtes(vbi eſt domus principis)id eſt ſuperbi mali nanque diuites iuſtos dicunt eſſe ſuperbos ꝛ impios.ideo ſubditur(Et vbi tabercula impiorũ.)(Interrogate) vos maledici(quẽlibz de viatoribꝰ.)id eſt per viam vite preſentis ad patriam recte pergentibus.(Et hec eadem illum intellige re cognoſcetis)ꝛ que ſunt illa ſubditur.(Quia in die perditionis ſeruatur malus)In hoc enim conueniunt viatores predicti per quos intelliguntur religioſi cum iuſtis ꝙ mali ad diem iudicij reſeruẽtur puniendi.(Quis arguet coram eo viam eius.) Chriſtus dicit illud.Matbei.xxv.Eſurijui ꝛ non dediſtis mihi manducare ꝛc(Ipe ad ſepulcrum ducetur.)damnatorum.Luce.xvi.Mortuus eſt diues ꝛ ſepultus eſt in infernum.(Et in congerie mortuorum.)morte ſecunda(vigilabit) quia nullus quietis ſomnus eſt in gehenna(dulcis fuit glareis cocciti.)Coccitus a poetis dicitur fluuius infernalis.Glaree vero ſunt lapilli exiſtẽtes in fundo fluuij.per quos demones poſſũt intelligi quibus impius dum viueret dulcis fuit.naz eorum voluntatibus obediuit.(Ante ſe omnem hominem trahet ꝛc.)id eſt infernalis fluuius ante hunc impium multos traxit ꝛ trahet poſt ipm.

Capitulum.xxij.

REſpondens autem Eliphat ꝛc.) hic ponitur tercia replicatio eiꝰ contra Job in qua arguit eum de crudelitate ꝛ infidelitate.licz autem eius verba contra Job non valeant qui talis non erat.valent tamen contra eos qui tales ſunt ꝑm veritarem ꝛ ſic intendo exponere incipiendo a loco vbi incipit eum de dictis priꝰ notare dicens(Abſtuliſti pignus fratrũ tuoꝝ ſine cauſa)ꝟ eni faciũt dñi crudeles ꝛ eoꝝ mu

nistri.(⁊ nudos spoliasti)id est pauperes
male vestitos(aquā lasso nō dedisti ꝛc.)
nomine panis ⁊ aque intelligitur omnis
cibus ⁊ potus quē auferunt tiranni etiā
ab indigentibus ⁊ hoc notat̄ cū dicit̄(nō
dedisti).i.abstulisti.min⁹ eniz dicēdo pl⁹
significat (ī fortitudine brachij tui possi
debas terrā)i.ꝑ tyrānidē(dimisisti vidu
as vacuas)eaꝝ auferendo sbam.(Et la
certos pupilloꝝ cōminuisti) id ē tutores
eoꝝ dure tractasti.ꝫ qꝛ de⁹ alīn talia puīt
in pñti sequit̄(ꝓpterea circūdatus es la
queis).i.multiplicibus malis(⁊ ꝯturbat
te formido subita)ne veniāt adhūc tibi
maiora mala(Et putabas te tenebras ñ
visuꝝ).i.te nō puniendū pre suꝑbia nō ti
mens deū.iō subdit̄(an cogitas ꝙ de⁹ ex
celsior celo sit ꝛc.) q.d.videt̄ ꝙ tu credas
deū de istis inferiorib⁹ noticiā nō habere
per hoc qđ peccas sine freno ⁊ inuerecū/
de(Nunq̄d semitā seculoꝝ custodire cu/
pis)i.vitā iniquoꝝ imitari.q.d.patet ꝙ
sic ex modo tuo viuendi(Qui sublati sūt
ante tēpus)i.mortui ante terminū natu
ralem ꝓpt̄ suā maliciā(Et fluui⁹ subuer
tit fundamentū eoꝝ)i.illud in quo habe
bāt fiduciā.(Qui dicebant dño recede a
nobis ꝛc.)eius nūcios repellēdo s.ꝓphas
⁊ aplos ⁊ p̄dicatores alios(Et q̄si nihil
posset omnipotēs estimabāt eū)vt videt̄
ex opibus eoꝝ.(cū implesset dom⁹ eorū
bonis)⁊ sic in eis patz peccatū ingratitu
dinis(videbūt iusti ⁊ letabunt̄)de eoruz
deiectione.p̄s.lvij.Letabitur iustus cuz
viderit vindictam ꝛc.Et quia quilibet q̄z
tūcunqz malus redire potest ad bonum
dum viuit.Subditur(adquiesce ergo ei
ꝛc.)vere penitendo ⁊ ip̄m humiliter de/
precando(⁊ per hoc habebis fructus op
timos)scilicet graciam in presenti ⁊ glo
riam in futuro.(Suscipe ex ore illius le
gem)euangelicam quā ore proprio pro/
mulgauit.Hebre.p̄mo.Nouissime dieb⁹
istis locutus est nobis in filio(si reuersus
fueris ꝛc.)Replicatio est eiusdem per alia
verba (dabit pro terra silicem ꝛc.).i.pro
terrenis celestia.⁊ pro transitorijs eter/
na.(Erisqz contra hostes tuos) a te re/
pellendo spiritus malignos(⁊ argentuz
coaceruabit̄ tibi).i. vere diuicie celi(tūc
super omnipotentem delicijs afflues)ei⁹
bonitate fruendo (⁊ eleuab̄ ad deū faciē
tuā) ip̄m clare vidēdo(rogabis eum)ꝓ
tibi deuotis orando(Et vota tua reddes
)deum iugiter laudando(decernes rem
ꝛc.)nam sanctis ad votum succedunt om
nia ꝫ qm̄ gloriam celi precedit humilitas
in presenti.ideo subditur.(Qui ei humili
atus fuerit ꝛc.)Et similiter vite puritas.
Apocal.xxi.Nihil inquinatum intrabit
in illam.ideo sequitur(Saluabitur inno
cens ꝛc.)

Capitulum .xxiij.

Respondens autem Job ꝛc.) Su/
perius pluries fuit dictuz ꝙ Job
viri perfecti gerit typum. Vir
autem perfectus ad premium suspirat et
eius dilationem cum gemitu portat.di
cens.(Nunc quoqz in amaritudine ē ser
mo meus)Sed quando considerat ꝙ ex
tali dilatione potest in peccatum cadere
cum non sit in bono confirmatus. tunc
eius gemitus aggrauatur. ideo sequitur
(Et manus plage mee aggrauata est ꝛc.
Quis mihi tribuat vt cognoscam) sicut
⁊ cognitus sum(⁊ veniam vsqz ad soliuz
eius)qđ est in gloria celesti.ꝫ quoniam
oportet precedere iudicium particulare
mortis sequitur(Ponam coram eo iudi
cium ꝛc.)considerando quid in iudicio re
spondeaz coram ip̄o(os meum replebo
increpationib⁹)meditando peccata mea
quibus sum increpandus(vt sciam ꝟba
que mihi respondeat ꝛc.)pensando nāqz
peccatorum grauitatem aduertit quis
increpationis qualitatē(nolo multa for/
titudine contendat mecum).i. rigore iu
sticie ꝫ cum temperamento misericordie
(proponat equitatē contra me ꝛc.) equū
enim est ꝙ cū iudicō ꝓponitur obligatio
sit ⁊ satisfactio proponatur.si autem con
sideretur satisfactio facta pro nobis per
christum excedit omne peccatum huma
num ⁊ sic ad victoriam peruenit iudiciū
hominis contra inimicum qđ autem ex/
cedat ostendit dicens.(Si ad orientem
iero ꝛc.)Oriens est christi ortus.Occidēs
autem mors eius.Sinistra vero descen

sus ad inferna(dextera.)sessio eius in patris.hec autem incõprehensibilia sunt a nobis. Et excedunt obligationem peccantis.sed quia vir perfectus timere sibi debet propter incertitudinem status sui. ideo subditur(ipe scit viam meam).q.d. nescio eam.de re enim ignota cõmuniter dicitur deus scit.ꝫ quãuis iustus statum suum nesciat per certitudinem scit tamẽ per coniecturam quando de mortali peccato non est sibi conscius ꝙ est ad obediẽdum deo promptus.ideo sequitur(ꝓbauit me quasi aurum)id est approbauit.ꝙ subditur huius signum(vestigia eius secutus est pes meus)in bonis ambulando ꝙ a malis declinando(ipe eni solus ẽ.)qui per certitudinem scit statum meum tam presentẽ ꝗ̃ futurum (ꝙ nemo auerte re potest cogitationes eius) nam eius cõsilia sunt incomprehensibilia(Cum expleuerit in me voluntatem suam ꝛc̃.) Nam de me potest facere quicquid sibi placuerit nunc ꝙ in futurum(Et idcirco a facie eius turbatus sum)propter mortis periculum.(Et considerans eum)iudicẽ venturum(timore solicitor.)nesciens in qua parte sim ponendus. (deus emolliuit cor meum.)faciens ipm perplexum.illud eni quod est molle ad partes oppositas est flexibile.(Non enim perij propter imminentes tenebras)id est non sum mihi conscius de peccatis graubus. propter que debeam perire.sed quia per hoc non sum iustificat9 maneo in perplexitate.

Capitulũ.xxiiij

A Domnipotente ꝛc̃.)Secõm Gregoriũ Job loquitur hic contra infideles quorum aliqui negauerunt diuinam prouidentiam extendi ad hec inferiora.contra quos dicit.(Ab omnipotente non sunt abscondita tempora.)nam sua eternitate totum tempus includit.ꝙ sic omnia entia ꝑm qõcunq; tempus vno intuitu comprehendit.(Qui autem nouerunt illum)per rationis inuestigationem ꝙ etiam per fidem.(ignorauerant dies illius)quia non comprehendũt modum eternitatis eius.(Alij terminos transtulerunt.)a patribus positos .ꝙ diuersas hereses condiderunt.(diripuerũt greges)domini a suo ouili.(ꝙ pauerunt eos)pabulo erroris sui(Asinum pupillorum abegerunt)id est sustentatores christianorum deceperunt.vt Julianum apostatã ꝙ aliquos alios principes qui erant christianorum sustentatores.(Et abstulerunt pro pignore bouem vidue)per quez significatur predicator in agro laborans ecclesie quem aliquando heretici persecuti sunt calumniose.(Subuerterunt pauperum viam)a veritatis via simplices deuiando.(Alij q̃si onagri in deserto.)sub simulatione singularis penitentie decipientes a tramite recto.sicut albigenses et pauperes de lugduno.(Preparant panẽ liberis.)id est doctrinam pestiferam discipulis suis.de qua dicitur Prouerbio.9 Dono.Aque furtiue dulcio.sunt ꝙ panis absconsi.suauior(Agruz non su. deme tunt.)id est detruncant quia doctrinam ecclesie defalcant(Nudos dimittunt homines.)eos virtutibus spoliantes.(quibus non est operimentum)virtutum.(in frigore)id est contra frigus infidelitatis (quos imbres montiũ rigant)id est doctrine superborum hereticorum informãt (Et non habentes velamen)virtutum.(Amplexãtur lapides.) hereticis induratis se frequenter conũngentes(vim fecerunt ꝛc̃)persequentes quos verbis trahere non poterant ad sua documenta.(Et esurientibus tulerunt spicas.)id est illud modicum quod habebãt (inter acervos eorum meridiati sunt.)id est in merore occultati ad rapiendum. (Qui calcatis torcularibus sitiunt.)id est semper desiderant facere peius quod possunt. (De ciuitatibus fecerunt viros gemere.)id est de societatibus catholicorũ virtuosos gemere fecerunt eo ꝙ hereticorum mala repellere non potuerunt(Ipsi rebelles fuerunt lumini)id est christo qui lux est mũdi.(nec reuersi sunt.)quia non penituerunt.(Mane consurgit homicida.)per mane tempus prosperitatis intelligitur. in quo hereticus aperte fideles persequitur.(Per noctem vero erunt quasi fur.) Quia tempore aduersitatis occulte fide

fideles decipere conatur (oculus adulteri obseruat caliginē.) nam hereticus qui adulter est verbi diuini querit latebras ad docendum ibi (si subito appuerit aurora suspicantur vmbrā mortis.) horrēt eni heretici catholici doctoris p̄sentiam ne manifestet eoꝝ errorē (leuis est sup̄ faciem aque) Nam hereticus statim flectit̄ ad impulsum suggestōnis male (maledicta sit pars eius) descripta heretici malicia. hic describit̄ eius pena cui⁹ pars ē cum demonib⁹ (nec ambulet per viā vinearum) i. consolationū diuinaꝝ (ad calorem niuiū transeat ꝛc̄) talis eni alternatio dicit̄ ī inferni pēa (obliuiscat̄ eius misericordia) qꝛ in inferno nulla est redemptio (dulcedo illi⁹ vermis) nam peccatū qđ fuit eis dulce versum ē in vermē cōscientie de quo dicit̄ ysa. lxvi. Vermis eoꝝ nō moritur ꝛc̄ (nō sit in recordatione) inter sanctos (ꝫ atterat̄. q. lignū infructuosum) ad ignē gehēne preparatum (pauit sterilem). i. carnē (ꝛ vidue nō benefecit) . i. anime sue a xp̄o relicte (detraxit fortes ꝛc̄) catholicos deprimēs per p̄ncipes hereticos (ꝛ cū steterit nō credet vite sue.) qꝛ q̄diu stat in heresi nō credit xp̄o qui ē anime vita (dedit ei deus locū penitētie) ꝫ abutitur eo nolens redire (oculi eni illius sunt in vijs eius) cogitat eni assidue q̄liter possit malū suū cōtinuare (Eleuati sunt ad modicū) . s. in p̄nti vita que est modica (ꝛ humiliabunt̄ sicut omnia) . s. per mortē sicut terrenascētia (ꝛ sicut sūmitates spicaꝝ conterētur) flagello dyaboli cum in area inferni ponētur

Capitulum xxv.

Respondēs aūt baldach ꝛc̄) licet autē eius verba contra Job non valeāt qui se deo nōn cōparabat nec se falso de iusticia cōmendabat. valēt tn̄ contra quēcūq; qui hec attētat. ꝛ sic dicit̄ (ptās) In p̄uatione iustorū quib⁹ dat bonū infinitū (ꝛ terror) in punitione maloꝝ. Hebre. x. Horrendū est incidere in manus dei viuētis (qui facit concordiam in sublimib⁹ suis) . i. in viris perfectis in quibus concor. caro spūi obediendo ei (Nunq̄d ē numerus militum eius) q. d. nō q̄tuz ad homines qꝛ soli deo cognitus est electoꝝ numerus (Et super quē nō fulget lumē illi⁹) qꝛ lumē rōnis datū ē oibus hominib⁹ Jo. i. Illuminat omnē hominē ve. in hūc mū. (Nūquid iustificari pōt hō ꝛc̄) . q. d. nō. qđ probat per hoc qđ sequit̄ (Ecce luna nō splendet) i. ecclesia q̄diu malos cū bōis admixtos habz (ꝛ stelle nō sunt mūde in ꝯspectu ei⁹.) p̄ stellas intelligunt̄ viri p̄fecti in scientia ꝛ vita. Dani. xij. Qui ad iusticiā erudiunt plurimos q. stelle in p̄petuas eternitates Isti vero nō sunt mundi saltē a venialib⁹ peccatis (q̄tomagis homo putredo) . i. carnaliter viuēs qui putrescit in sordib⁹ carnis

Ca. xxvi.

Respondēs aūt Job ꝛc̄.) qm̄ Baldach aliqua dixerat de ptāte dei q̄si loquēs p̄ ip̄o. p̄pter qđ Job eius impericiaz ꝯfutando dicit (Cui⁹ adiutores ꝛc̄) . q. d. adiuuare debilē ē caritatis. ꝫ adiuuare fortē adulationis (cui dedisti ꝯsiliū ꝛc̄) q. d. dare ꝯsiliū ignorāti ē pietatis. ꝫ dare sapienti ē p̄sumptionis. (Ecce gigantes gemūt sub aquis ꝛc̄) . i. demones dānati gemūt in inferno qui ē sb̄ terra q̄ est inferior aq̄ (Nud⁹ est infernus corā eo ꝛc̄) . q. d. ista oīa patēt oculis dn̄i q̄tūcunq; sint occulta. ꝛ mltofortī⁹ alia (Qui extēdit aquilonē sup̄uacuū) p̄ aq̄lonē demō intelligit̄ ꝫz illđ Jere. i. Ab aq̄lone pandet̄ om̄e malū. ergo extēdit aq̄lonē sup̄uacuū . qꝛ p̄mittit demōib⁹ potestatē sup̄ hoies diuine gr̄e vacuos. (ꝛ appēdit terrā sup̄ nihilū) i. ꝯfidere p̄mittit terrenos hoies sup̄ bō trāsitoria q̄ p̄ nihilo sūt reputāda (q̄ ligat aq̄s in nubibus suis) nā aq̄s sapie dat p̄dicatoribus eccl̄e de q̄b⁹ dr̄ ysa. lx. q̄ sūt isti q̄ vt nuvo. (vt nō erūpāt parit̄ deorsū) p̄dicatores eni nō dn̄t sil̄ effūdere suā sciaz ꝫ ꝫm auditoꝝ capacitatē. simplicib⁹ eni nō sūt difficilia p̄dicāda. i. Coꝝ. iij. Tāq̄ p̄uul̄ in xp̄o lac potū dedi. ꝛc̄ (Qui tenet vultū solij sui) . i. gl̄e sue magnitudinē tz a nob̄ absconditā (Et expēdit super illud nebulam) ignorantie qꝛ nō habem⁹ inde cognitionē nisi valde imperfectā (Terminū circūdedit aquis vsque quo finiātur lux ꝛ tenebra) per aq̄s p̄pl̄i significant̄. Apo xvij. Aque sup̄ quas mulier sedet populi

sunt ꝛc̄. Terminus autē videndi deuz po
pulis est in fine meriti ac demeriti que ꝑ
lucem ⁊ tenebras intelligunt̄. supposita
tñ purgatione totali (Colūne celi contre
miscunt ⁊ pauent ad nutū eius) quia nō
solum simplices christiani ꝫ etiā ecclesie
prelati deum timent timore filiali (In for
titudine illius maria congregata sunt.)
per maria que sunt cōgregatiōes aquaꝝ
significant̄ congregationes gentiliū sub
christi fide. (Et prudentia eius percussit
superbum.) quia diabolum superauit in
cruce (Spiritus eius ornauit celos) id ē
apostolos de quibus dicit̄. p̄s. xviij. Celi
enarrant gloriā dei ꝛc̄. qui fuerunt orna/
ti donis spiritus sancti. Act. ij. (Et obste/
tricante manu eius eductus est coluber
tortuosus). i. dyabolus qui per virtutez
christi eductus est de cordibus humanis
in quibus habitabat tanquā in proprijs
cauernis Capitulū. xxvi

Addidit q̄q; Job ꝛc̄.) Judiciū ali/
quando pro damnatione accipi
pitur ⁊ sic iusti iudiciū aufert̄ qñ
ab eterna damnatiōe liberat̄ qd̄ fit vno
modo. quando peccator de peccatis pro
prijs hic punitur. ⁊ sic dicit Job (viuit de
us qui abstulit. ꝛc̄.) per amaritudinē p̄/
sentis pene liberatus fuit a penis gehen
ne ⁊ obtinuit augmentū glorie. ꝫ quoniā
ad iustum pertinet vt nulli deferat cōtra
veritatē que magis est amica vt dicit̄ p̄/
mo Eth. ideo subdit (Donec superest hali
tus in me) i. vita (nō loquētur labia mea
iniquitatē ꝛc̄) sequit̄ (Neq; enī reprehēdit
me cor meū) ꝙ sustinueriz aliquod falsū
sicut autē est falsitas in verbo ita ⁊ in fa/
cto de qua subdit̄ (que est spes ipocrite. si
auare rapiat) s. pecuniā vel humanā lau
dem q. d. nulla. (Nunq̄d deus audiet cla
morem illius) q. d. non (nunquid poterit
in omnipotēte delectari.) q. d. non quia si
fecit aliquod bonū hoc nō fuit amore dei
ꝫ sui (Ecce omnes uos nostis) ꝙ verita/
tem dico ⁊ frustra impugnatis. (Hec est
pars hominis impij). i. eius pena (si mul
tiplicati fuerint filij eius ꝛc̄). i. eius poste
ritas deficiet gladio ⁊ fame (Et vidue il
lius non plorabūt) eis cōpacientes ⁊ per
cōsequens nullus alius compatiet̄. quia
vidue magis ad hoc disponūtur (si com
parauerit q. terram argentū). per qd̄ sig
nificatur sacre scripture eloquiū. p̄s. xi.
Eloquia domini elo. cas. arg. ig. ex. ⁊ q̄n
terra comparatur quando ad questū ap
plicatur (Et sicut lutuz p̄parauit vestimē
ta) id est virtutū opera de genē ꝫ peruer
so fine facta (Justus vestietur illis ꝛc̄) nā
vnde ipocrita damnatur. iustus saluat̄.
diuerso tamē fine. (Edificauit sicut tinea
domuz suam) que facit eam corrūpendo
pannum sic ipocrita corrumpit intentio/
ne peruersa opus bonum. (⁊ sicut custos
vmbraculū) quod est instabile habitacu/
lum. ideo subditur (diues cum dormierit
) per mortem (nihil secum afferet. aperiet
oculos suos.). i. pena. qui clausi erant in
culpa (Nocte opprimet eum tempestas.)
id est in morte (tollet eum ventus vrens
). i. spiritus malignus ad gehennaz eum
portans (Emittet super eum). s. penas si/
ne misericordia. (de manu eius fugiens.
fugiet) hoc dicit̄ yronice tanquā impossi
bile. ꝓpter quod dicitur. (stringent super
eum manus suas) ita ꝙ erui non poterit
(Sibilabit super eum) irridendo (intuēs
locum eius) scilicet infernum vbi nulla
est redemptio. Capl̄m xxviij.

Habet argētū venarū suarum p̄n
cipia) sicut dictū est per argentū
itelligitur eloquiū castū qd̄ ema
nat de sacra scriptura (Et auro locus est
in quo conflat̄) qꝛ vera sapientia ꝑ aurū
designata per spiritū. scilicet qui diuin⁹
ignis est cōfertur (ferrū de terra tollit̄) ꝑ
ferrū qd̄ omnia domat intelligit̄ fortis cō
tra aduersa ꝫ ad hoc exigit̄ vt a terrenis
desiderijs tollat̄ (⁊ lapis calore solut⁹ in
es vertit̄) nā corpus lapideū si calore spi
rit⁹ssancti penetret̄ fit es. i. sonoꝝ ad diui
nas laudes (tp̄s posuit tenebris). s. noctē
(⁊ vniuersoꝝ finē ip̄e ꝯsiderat) atti. n. a
fine vsq; ad fi. for. Sap̄. viij (lapidē q̄z ca
liginis) i. demonē cū angel̄ suis (⁊ vmbrā
mortis) i. cateruā p̄scitoꝝ ad gehennā. (
diuidet torrēs) dīne snīe (a ꝓpl̄o ꝑegri nā
te) i. ab electis tēdentib⁹ ad patriā. ⁊ hec
diuisio fiet qñ dicet̄ ill̄. Ite male. ꝛc̄. ⁊ istis
venite bñdi. ꝛc̄. Mat. zi. ꝫ mō sil̄ habitāt
i h̄ mūdo (q̄s oblit⁹ ē pes hoīs egētis) i. af

fectio christi qui fuit egenus pro nobis(q viuos).s.per gracia ad quā nō reuertentur(terra de qua oriebatur panis ꝛc)ß ē iudea in qua per legem q ꝓphetas orieba tur panis verbi diuini ꝫ per ignem inuidie otra christū fuit subuersa q sterilis effecta(locus saphiri lapides eius.)per ꝙs intelliguntur ꝓphete contemplatores celestium(q glebe illius auꝝ).i.patriarche fulgentes auro sapientie.ex istis vero que fuerunt in iudea grauior apparet infidelitas sua de qua subdit(Semitam ignorauit auis).i.euangeliuꝫ christi renuit qui de celo pro predicatione eius aduolauit. (Nec intuitus est eam oculus vulturis.) ficut xp̄us typum auis tenuit in predicatione sic vulturis in passione(Nec calcauerunt eam filij institorꝫ).i.predicatores ecclesie qui sunt filij ꝓphetarū q apostolorum.nam a iudea repulsi transierunt ad gentilem populū dilatandū.(Nec trāsijt per eam leena).i.ecclesia que leena dicit sicut q christus dicit leo de tribu Juda.(Ad silicem extendit manū suam.) posita obstinatione iudeorꝫ.hic ponitur vocatō gentiū que lapides dicte sūt eo ꝙ lapides coluerunt.dicit ergo.(ad silicem extēdit manū suam)gentilitatē vocando ad fidē (subuertit a radicibus montes.)q̄ ꝑncipes qui erant in idolatria radicati cōuertit ad fidem xp̄i.(In petris riuos excidit)q̄ gentib⁹ fluenta gracie diuisit (omne pretiosum vidit oculus eius)nam opus eterne glorie dignū approbauit in gētib⁹ (ꝓfunda quoq; fluuiorꝫ scrutatus ē)q̄a ꝓfunda scripturarꝫ per doctores et gentilibus diuersos scrutari fecit dyonisiū.s. q Augustinū q huiusmodi.(q abscōdita ꝓduxit in lucē) ꝑ eor̄ exp̄ositionē. ꝫ qm̄ diuina maxime quātum ad xp̄ria ꝓsonarum declarari nō possunt nisi per specialem dei illustrationē.subdit(Sapiētia vbi inuenit ꝛc)i.dei filij⁹ qui ē sapia p̄ris q intelligētia.(nescit hō precium ei⁹)i.quib⁹ meritis sit incarnata q nlla sufficiūt ad hoc ꝫ pcessit ex mia q liberalitate diuina (nec inuenit in terra suauiter viuentiū)i. in carnalib⁹ hoibus ꝫ spūalib⁹ qui beneficio reuelationis diuine hñt noticiaꝫ dei habitātis in se.Sic eni dicebat Dau⁹.ñ. Exp.xiij.An experimentū queritis eius qui in me loquit xp̄s(abissus dicit ꝛc.)ꝓ abissum intelligit vir astutus q per mare turbulētus in quib⁹ nō est ista sapientia. ꝫ illa q̄ terrena est animal' q diabolica.(nō dabit auꝝ obrisum ꝓ ea ꝛc) Nam in oparatione eius vilescūt omnia qr̄ significatur per omnia preciosa hic exp̄ssa(volucres quoq; celi latet ꝛc)i.demones qui dicunt volucres Matħ.xiij. (Et mors q p̄titio dixerūt auris⁹ nostris audiuim⁹ famam eius)liꝫ ante casum de deo clarorem cognitionē habuerint q̄ homines tamē nō viderūt diuinā essentiā nec ꝓprietates p̄sonarꝫ (deus itelligit viam ei⁹) i.ꝓcessum eius per naturā a patre(Ipse nouit locū illius).s.fīnū patris q secretū mentis(qui fecit ventis pondus)supbos humiliando(q aquas appendit in mensura)vnicuiq; dans sapientiaꝫ ꝑm ꝓpriam virtutē(quādo ponebat pluuijs legem.) dirigendo linguam doctoris ꝑm auditorum capacitatem(q viam ꝓcellis sonantibus)qō fit qñ per sonū p̄dicationis incutit iudicij terrorē mentibus humanis. (tunc vidit illam)i.futuri videri fecit (et dixit homini)per scripturas q doctores(timor dñi ipe est sapientia)timor enī filialis habet annexum sapientie donum(q recedere a malo.intelligentia) quia per talem recessum mens hominis purgatur. q sic ad prime veritatis intelligentiā eleuatur.

Capitu.xxix.

ADdidit quoq; Job ꝛc)ꝑm beatū Grego. Job tenet hic typū ecclesie pro tpe tribulationis sub antichristo future .q sic ꝑmo desiderando recolit tēpus pacis preterite d.(Quis mihi tribuat vt sim iuxta menses pristinos).i. sicut eram tpe pacis preterito.(ꝑm dies quib⁹ deus custodiebat me)per potentiā ꝓncipū christianorꝫ in pace(qñ splendebat lucerna eius super caput meū)i.sup prelatos qui capita sunt ecclesie quib⁹ fiebant illuminationes diuine(q ad lumē e⁹ ambulaui in tenebris)scilicet in via morꝫ inter malos homines qui tenebre dicunt rōe viciorꝫ(sicut fui in dieb⁹ adolescentie mee)i.tpe ostātini nā i adolescētia robur nōbiliter inualescit .tūc aūt ecca nōbilit

ꝓfecit(quando secreto deus erat in ta/
bernaculo meo)In secretis orationibus
me consolando(⁊ in circuitu meo pueri
mei)i.ecclesie ministri(qñ lauabā pedes
meos butiro)id ē affectiones cordis mei
pinguedine spiritussancti(⁊ petra)id est
christus(fundebat mihi riuos olei) .i.flu
enta gracie in sacramētis noui testamen
ti(Quādo procedebā ꝛc̄)Hic recolit̄ au/
ctoritas ecclesie cum dicit̄(Quādo proce
debam ad portam ciuitatis)ad determi
nandū causas que antiquit⁹ determina/
bantur in portis(⁊ in platea parabāt ca
thedram mihi)per plateā latitudo orbis
significatur in qua ecclesie sentēcia tenet̄
(videbant me iuuenes ⁊ abscōdebantur
)naꝫ timore ecclesie multi iuuenes ab in
solentijs retrahebant̄(⁊ senes assurgen/
tes stabāt) mandatū ecclesie reuerenter
suscipiēdo (ꝑncipes cessabant loqui ꝛc̄.)
mandatis ecclesie assentiendo(auris au/
diens ꝛc̄).i.videntes ⁊ audientes ꝓcessū
ecclesie iustum approbant eum(Eo ꝙ li/
berassem pauperē ꝛc̄)a facientibus calū/
niam.Potest etiā hoc exponi magis spi/
ritualiter sic(eo ꝙ liberassem pauperez)
.i.peccatorē virtutibus ⁊ gracia spoliatū
(vociferantē)in vera confessione.(⁊ pu/
pillum)i.separatū ab ecclesia matre sua.
per fraudē hereticoꝝ(benedictio peritu/
ri)spiritualiter(Super me veniebat)naꝫ
hoc in meritū boni pastoris redundat(⁊
cor vidue consolatus sum)ecclesie p̄lato
suo viduate ꝓuidēdo de bō pastore(Ju
sticia indutus sum ꝛc̄)Et accipit̄ hic iusti
cia legalis que includit virtutē animā ve
stientē.(⁊ dyademate iudicō meo)iudici
um eni est executio iusticie cui debetur co
rona.vnde dicit Phs.iiij.Ethi.nō fortes
ꝫ bene agonisantes coronātur(ocul⁹ fui
ceco)ignorantē dirigendo(⁊ pes claudo
)infirmū supportando(pater erā paupe/
rum)eos de bonis ecclesie nutriēdo.(Et
causam quā nesciebā diligentissime inue
stigabā)nam ecclesia nō debet cito ꝓfer
re sentenciā ꝫ p⁹bonā deliberationē(cō/
terebam molas iniqui ꝛc̄)per dentes ci/
bus diuiditur.ꝑ molas aūt cōminuit̄ vt
incorporetur.ergo heretici qui simplices
diuidunt ab ecclesia ⁊ ꝯsequenter sua do
ctrina pestifera disponunt eos vt eorū se/
cte totaliter incorporent̄. dentes ⁊ mole
dicuntur ⁊ sic ecclesia molas iniqui cōte
rit.⁊ de dentibns eius predam rapit qñ
hereticos seculari iusticie tradit ⁊ decep
tos ab eis ad ecclesiā reducit.(dicebāqꝫ
in nidulo meo moriar).i.desiderabaꝫ in
tali statu mori(radix mea aperta est sec⁹
aquas)radix per quā sumitur corꝑis ali
mentū doctorē ecclesie significat qui ē in
tentus ad inquirendū sacre scripture itel
lectum.⁊ hic secus aquas aperitur quan
do gracia sancti spiritus edocetur(⁊ ros
morabit̄ in messione mea)qđ fit quando
deriuatur ad alios eius doctrina ideo sb̄
ditur(gloria mea semper innouabitur.)
in melius ꝓficiēdo(⁊ arcus me⁹ in mea
māu instaurabit̄)ꝯtra dyabolū fortius
pugnando(qui me audiebāt expectabāt
sentenciā meā.)In dubijs eni expectāda
est ecclesie sentencia ⁊ sine additione ⁊ di
minutione tenēda(si quādo ridebam ad
eos ꝛc̄)prelatoꝝ eni ecclesie tanta matu
ritas debet esse ꝙ q.nūquā videantur ri
dere etsi hoc aliquando cōtingat debet
cum tali maturitate fieri ꝙ nullo modo
debeant verecundari.ideo sequit̄.(⁊ lux
vultus mei nō cadebat in terram si volu
issem ire ad eos)ad docendum illos(Se
debam prim⁹)quia tali debetur honoris
locus qꝛ tamē honor iste nō est querēd⁹
nisi pro populi vtilitate.Sequit̄ (Cunqꝫ
sederem q̄si rex erā tamen mēntium con
solator.

Capl'm. xxx.

Nunc autem derident me ꝛc̄) De
scripto tēpore pacis ecclesie. Cō
sequenter hic ponitur lamenta
tio persecutionis antichristi tempore acsi
iam presens esset.ideo dicitur in persona
ecclesie.(nunc autem derident me iunio
ores tempore)id est heretici illius tempo
ris qui erunt vltimi(quoꝝ nō dignabar
patres ponere cū canib⁹ gregis mei.)nā
heresiarche non sunt digni cum doctori
bus ecclesie cōputari qꝛ nec vita sunt di
gni(Egestate ⁊ fame steriles)ꝓpt̄ defcꝫ
pabuli spūalis.s.fame.doctrine ⁊ eukari
stie(q̄ reddebāt in soli.ꝛc̄)nā hētici vilib⁹
pabul'.s.erroꝝ doctrinis vtūt̄ in locis ab
ecc̄a segregati.(q̄ de cōuallib⁹ ꝛc̄)ꝑ q̄les

intelligunt patres sancti humiles quorum verba male intellecta aliquando rapiunt heretici ad confirmationem erroris sui (In desertis habitabant torrentium) i. in conuenticulis heresiarcharum quod torrentes dicuntur quia torrens est aque fluxus violentus ipsi verbo ad heresim suam confirmandam trahunt aquam scripture sacre repugnantem. (aut super glaream) glarea in vna significatione idem est quod immundicia stans in superficie aque. aliqui nanque stant in heresibus propter aliquas immundicias carnis quas heresiarche dicunt esse licitas et in talibus delectantur quamuis mala sint simpliciter et ab eis conscientia mordeatur (filij stultorum et ignobilium) nam heresiarche defectum scientie paciuntur atque morum (Et in terra penitus non parentes). s. inter bonos (nunc in eorum canticum versus sum) quia publice me derident (abominantur me etc.) quia dicent ecclesiam lepra peruerse doctrine corruptam Ista vero permittet deus ad meritum pacientie electorum. ideo subditur (pharetram suam aperuit). i. consilium quo me affligi disponit ostendit (et frenum posuit in os meum) tunc enim doctores ecclesie non permittentur docere (ad dexteram orientis.) i. ad electos in christi dextra reponendos repente persecutiones consurgent (dissipauerunt itinera mea). i. processus ad multiplicandum fideles sana doctrina (et non fuit qui ferret auxilium) quia tunc christiani principes iuuare non audebunt fideles. ideo subditur (quasi rupto muro etc.). i. omni defensione sublata (abstulit quasi ventus desiderium meum). i. christi cultum qui dicitur desiderium gentium. Aggei. ij. (Nunc autem in memet ipso marcescit anima mea) omni consolatione remota (nocte os meum perforatur doloribus) nam in nocte illius tribulationis doctores ecclesie pro ceteris affligentur (Et qui me comedunt non dormiunt) quia demones tunc maxime ad destructionem fidelium vigilabunt (In multitudine eorum consumitur vestimentum meum) i. virtutes que sunt ecclesie vestes (Et quasi capicio tunice succinxerunt me.) volentes me strangulare (Comparatus sum luto etc.) nam tunc vilis reputabitur ecclesia et deficiens vt fauilla (Clamo ad te et non exaudies me) tunc enim orationes ecclesie non exaudientur ita cito sicut erit in eius desiderio (mutatus es mihi in crudelem) licet in deo non sit mutatio nec crudelitas tamen crudelis dicitur cum ab eo populus eius vltra morem solitum flagellatur (Eleuasti me) tempore Constantini et aliorum principum deuotorum (et elisisti). i. elides tempore antichristi et satellitum suorum (Scio quia morti trades me) ad soluendum debitum nature. sed quoniam antichristi persecutio electis erit ad purgationem. ideo subditur (veruntamen non ad consumptionem). i. penam eternam (Etsi corruerint ipse saluabis) nam deceptis ab antichristo dabitur tempus penitendi post mortem eius (Flebam quondam.) tempore pacis mee compaciendo afflictis (Expectabam bona) pro compassione ista (Et venerunt mihi mala) In persecutione nimis dura (interiora mea efferbuerunt) Gregorius Sancte ecclesie interiora efferuescere est ipsos quoque quos ante per amorem in vtero fidei gestabat in persecutionis atrocitate tolerare quod erit tempore antichristi (merens incedebam sine furore). i. sine impacientia animum peruertente (frater fui draconum etc.) id est persequentium me. nam aliqui christiani ab antichristo decepti christianos grauiter persequentur (Et ossa mea aruerunt pre caumate) Nam aliqui qui fortes videbantur in feruore tribulationis antichristi peruertentur (versa est in luctum cythara mea) i. cantus deuotionis in fletum desolationis. tunc enim officium ecclesie cessabit.

Capitulum xxxi.

Pepigi fedus cum oculis meis etc.) In hoc capitulo describitur ipsius Job multiplex perfectio vt ostendatur non fuisse flagellatum a deo pro peccatis sed pro meritis augmentandis. et vt hec legentes studeant eius perfectionem tempore prosperitatis imitari et eius pacientiam in aduersis. Ex quo patet quod litteralis sensus est simpliciter moralis propter quod non est hic alia moralitas inquirenda.

Capitulum .xxxij.

Omiserunt autem tres viri isti respondere iob eo quod iustus sibi videretur

Ex hoc habemus documentuz q̄ in dis/
putando tacere debemus cum nobis da
tur rōnabile rñsum(igitur helyn expecta
uit Job loquentē)licet autez esset multū
arrogans ⁊ presumptuosus vt patet ex se
quentibus.tamen siluit reuerenter q̄z diu
Job ⁊ tres alij qui seniores erant volue
runt loqui.⁊ multo fortius homines mo
derati ⁊ religiosi maxime verba senioruz
cum reuerentia debent audire. Per hoc
autem q̄ helyn contra quatuor p̄dictos
in contumeliam erupit vt ex sequentibus
patet eius arrogantia que latebat in mē
te apparuit in sermone.Mat.xij. Ex abū
dantia cordis os loquitur. Et sic disposi/
tio mentis per verbum oris aperitur.

Capituluz.xxxiij.

Modus arrogantis est cum dispu
tat de scientia ⁊ eloquentia se ia/
ctare. Primū facit helyn cum di
cit(Audi ergo Job)Subdit(sententiaz
labia mea p̄mam loquunt.) Scd̄m aūt
cuz subdit(⁊ eloq̄tia mea nō sit tibi gra
uis)ergo qui vult iactantie notam euita
re debet in legendo disputando ⁊ alijs ac
tibus scholasticis exercendo a verbis ta
libus abstinere(dixisti ergo)sicut pleni⁹
in expositione patet litterali. Helyn cum
Job in aliquo cōcordabat.s.q̄ post mor
tem sit aliqua punitio peccatoꝝ. licet nō
nota ⁊ per consequens premiatio merito
rum ⁊ in hoc a tribus amicis suis discor
dat. Similiter discordabat A iob in hoc
q̄ penas hic infligi sentiebat tm̄ pro pec/
catis ⁊ in hoc cōueniebat cuz alijs.ergo
qꝛ videbat Job grauiter afflictū ꝯsequen
ter tenebat ip̄z peccasse multū ⁊ per ꝯñs
iniuste conqueri de punitiōe graui vt pa/
tet in textu.⁊ sic ex duobus istis cōcludit
contra Job dicit(hoc est ergo in quo nō
es iustificatus ꝛc̄)Sciendū aūt q̄ lz he
lyn contra Job arroganter in pluribus ⁊
male loquatur tm̄ mlta vera dicit q̄ nūc
ꝑm sensum misticū exponent(semel loq̄/
tur deus ꝛc̄)In sacris scripturis deus lo
cutus ē sanctis suis nō solū pro se ꝫ etiaz
pro alijs.⁊ ideo p̄ diligens studiū dz ho/
mo in scripturis illis de credibilib⁹ ⁊ agi
bilibus querere dei intentiōez ⁊ non ex p̄
sumptione sue sanctitatis petere vel expe/
ctare iteꝝ sibi fieri reuelationē sicut sunt
aliqui qui fātasias suas ⁊ somnia credūt
esse oracula diuina.ꝫ quoniā humilibus
⁊ deuotis deus aliquando reuelat sua se
creta.sicut dicit Math.xi.Abscōdisti hec
a sapientibus ⁊ prudentibus ⁊ reuelasti
ea paruulis.ideo sequit(Et somniū in vi
sione nocturna ꝛc̄)per somniū eni in quo
vacant sensus exteriores ⁊ laborant inte
riores significatur cessatio ab exterioribꝰ
negocijs ⁊ diligens studiū in scripturis.
⁊ tunc deus instruit hominē de suis secre
tis.(vt auertat eum ab his que fecit)i.a
peccatis que nō sunt a deo sed a nobis.(
Et liberet eum a superbia)que est in om/
ni mortali culpa et sic eruit euz a corrup
tione culpe et gladio gehenne(Increpat
q̄z per dolorem in lectulo)lectulus iste di
ci potest carnalis delectatio in quo nimis
iacuerat ille cui paulus dicebat.eph.v.
Surge qui dormis ⁊ exurge a mortuis.
ꝛc̄.In hoc lectulo increpat deus per dolo
rem quando viuenti carnaliter incutit ex
tremi iudicij ⁊ penarum inferni terrorez
(Et omnia ossa eius marcescere facit)qꝛ
tunc animꝰ hominis pre horrore stupes/
cit(Abominabilis ei fit in vita sua panis
)naz delectatio praua qua viuebat in pec
catis fit ei abominabilis.(Et ossa que te
cta fuerāt carnis pinguedine nudabunt
)ex asperitate penitentie(Appropinqua/
bit corruptioni anima illius)quia per di
ligentem consideratione peccatorū pen/
sat feditatem illorum(⁊ vita illius morti
feris)id est mortalibus peccatis in prece
denti vita contractis(si fuerit pro eo an
gelus loquens)Hic accipitur si pro quia
quia angeli sancti offerunt deo bonoruz
merita.Thob.xij.Quādo orabas cū la/
crimis.Sequitur Ego obtuli orationem
tuam domino(Vnus de milibus)ꝑm il
lud.Danielis septimo. Milia milium mi
nistrabant ei ꝛc̄(miserebitur eius)remit
tendo culpam(⁊ dicet libera eum)repri
mendo demonis potentiam(ne descēdat
)in gehennam(Inueni in quo ꝓpicier ei
)⁊ quid sit illud oñditur cū dicit(cōsum
pta ē caro eꝰ a supplicijs)i.carnal eꝰ vita

per penitencie supplicia(reuertatur ad dies adolescentie)per puritatem conscientie (deprecabitur ofim)p consecutione glorie(q videbit faciem eius in iubilo)in presenti per internam consolationē q in futuro per apertam visionem(respiciet homines)de sua mutatione mirantes(q dicet peccaui ꝛc̄).i.austeritatem penitentie nō accepi ꝓm quātitatem peccati(Ecce hec omnia operatur deus tribus vicib⁹ ꝛc̄.) nam in iuuentute senectute q medio tempore inducit homines ad emēdatōez vite sue.

Capitulum .xxxiiij.

DRonuncians quoq; helyu ꝛc̄.) modus arrogantis est suam scientiam nimis magnificare q sic dicit(audite sapientes verba mea) quasi d.tam alta sunt q non sunt simplicibus ꝓponēda q veris falsa miscere.q sic dicit (dixisti Job.deus subuertit iudiciuz meū)hoc ei Job nō dixerat vt in expositione litterali fuit ostensum q ad iniurias ꝓcedere q sic loquitur(quis est vir vt Job q̄ bibit quasi aquā subsannationē ꝛc̄) igit qui vult arrogātie notam effugere debz a tribus predictis cuz diligentia precaue/re.Alia vero plura dicit que licet non valeant contra Job.sunt tamen hic mistice exponenda(quē constituit aliuz super terram ꝛc̄).q.d.nullū.q hoc verū est equalē sibi �somē cōstituit vicarios ad regimē populi.prelatos in spiritualib⁹q ꝓncipes in temporalib⁹(Si dixerit ad eum cor suum)q sic constitutus a deo honorē dei et bonū populi querendo(Spirituz eius q flatum ad se trahet).i.interiores motus eius q exteriores actus in finem debituz diriget(deficiet omnis caro simul) nam ex carnali affectu nihil faciet(q homo in cinerem reuertetur)quia talis de morte sua meditatur ꝓpter qd̄ antiquitus imperatore creato statiz querebatur ab eo.de quo marmore vellet sepulcz habere (audi qd̄ dicitur)q.d.hoc verbum est memoriter retinēdū.ꝛ quoniā aliqui in regimine constituti male regunt.sequit(nūquid qui non amat iudiciū sanari potest).s.ab infirmitate morz q.d.nō.nā princeps vel prelatus qui de se ipo non facit iudicium non bene regit populū.ideo contra talez subdit(Et quō tu eum qui iustus est intātum condemnas).s.deū in quē redūdat quodāmodo malicia vicariorz suorz. vñ contingit aliquādo q̄ homines grauati insurgunt ad blasphemiā dei eo q̄ dedit talem rectorem populi.q qz deus pro talibus frequēter audit clamorē ꝑpli.sequit. (qui dicit regi apostata)malū rectorē deponens ab officio pariter q a vita.ideo sequitur (subito morientur).nec potest q̄s conqueri iuste cū sit dñs mortis q vite.et hoc ē qd̄ subditur(neqz enim in hominis potestate est ꝛc̄)q qñ tale dei iudiciū maxime debeat peccantib⁹ ex certa malicia sequit.(qui quasi de industria recesserūt ab eo)ꝛ qz posset aliquis querere.cur deus permittit impios regnare.Rndet(qui regnare facit hominē ipocritā ꝓpter peccata populi)vt sic puniatur.

Capitulum .xxxv.

IGitur helyu ꝛc̄.)In hoc capitulo helyu tanquā arrogans q superbus multuz se cōmendat q Job vituperat.in quo docemur de laudibus ꝓximis q aliorum vituperijs tacere ꝑ notam superbie volum⁹ euitare.(suspice celū. ꝛc̄)per hoc ostenditur q̄ supereminentia dei est assidue meditāda vt ei semper mēs hominis sit subiecta (Si peccaueris quid ei nocebis).q.d. nihil ꝛ tibi nocumēto culpe et pene(porro si iuste egeris quid ei donabis)q.d. nihil. ꝛ tibi ꝓ meritū ex quo sequit premiū(propter multitudinē calūniatorz clamabūt.).s.iniuste oppressi.ꝛ qz de hoc parū aut nihil curant tyranni.sequit(q non dicit vbi est deꝰ.)qz facto nō vident curare de deo.sicut dixit Pharao.Exo. iiij. Nescio dñz q isrl nō dimittā.ꝛ qz de⁹ tribulatos consolat.sequit. (q̄ dedit carmina in nocte)nā carmina ꝺsolationis dat in nocte tribulationis q otra tyrānos.sequit(ipi clamabūt q nō exau.eos)Prouerbi.xxi. Qui obturat aurē suam ad clamorē pauperis q ipe clamabit q nō exaudiet.sciliz a domino

Capi.xxxvi.

ADdens q̄q̄ helyu ꝛc̄.)sequit(sustine me paululū ꝛc̄)frequēter arrogans vt reuerenti⁹audiat zelo veritatis loq̄ se dicit. licz amore ꝓprie laudis moueat.iō subdit.(adhuc habeo

um versus in quo reuertit̄ orans ad oran
dum p se allegando spez quam habet in
deo qui iuuat sperantes in se. ideo subdit
(non aufer. a. m.). i. auferri pmittas a te
p culpam (cadent in reci. eius). s. demōis
peccatores illaqueati ꝯsuetudine peccati
(singulariter sum ego) eoruz consortia fu
giendo (donec transeam) ex h̄ mūdo.

Voce mea) Psalmum istum fecit
dauid anxius in spelunca. Mora
liter eē potest oratio ꝓpinquantis
ad mortem sicut fecisse legitur beat⁹ fran
ciscus dicat ergo (voce mea ꝛc̄) ⁊ dicitur
hic bis (voce mea) ad significandū mētis
oratōnem ⁊ oris (effundo in cōspectu ei⁹
oronem meam). id ē toto conatu oro (⁊
tribulatōnē me. ꝛc̄) ꝓpter mortem iminē
tem (In deficiēdo in me spūm meuz). s. vi
talem (⁊ tu cogno. se. me). i. cogitatōnes
⁊ operatōnes meas quascunqz occultas
(in via hac qua ambu) in via morum (ab
sconderūt superbi la. mihi). i. demōes ad
peccatum me inducentes sub specie boni (
considerabam ad dexteram). i. ad mihi
familiares (⁊ non erat qui cog. me) nam
ꝓpinquū morti deserūt ⁊ ad rapiendum
eius bona magis intendūt (perijt fu. a me
) quia non possum mortem euadere (⁊ nō
est qui re. m.). i. eius vtilitatem ꝫ magl. su
am ꝓpriam idc̄co (Cl'aui ad te domie ꝛc̄)
in quo ē tota spes mea (portio mea in ter.
vi.) supple sit p tuum auxiliū iō sb̄ditur (i
tende ꝛc̄) libera me a pse. me. ꝛc̄). i. a dēo
nibus acrius in morte temptantib⁹ (educ
de custo. a. m.) id est d̄ carcere corpis Ro
vij. Infelix homo quis me liberabit d̄ cor
pore mortis huius (ad confitendum nōi
tuo). ꝯfessione laudis perpetue cū btis.

Domine exaudi) Hunc psalmum
dicitur fecisse dauid in persecutō
ne absolō filij sui. Moraliter expo
nitur de bono prelato persecutionem pa
ciente ab aliquo filio suo spirituali sicut fre
quenter legitur esse factum. ⁊ primo poni

tur eius peticio. cū dicitur (dñe ex.o.m.) q idē repetitur ad maiorem expressionem cū dicitur (auribꝰ pci.ob.me) tñ obsecratio ꝓprie dr̄. qñ fit p rem sacrā. vt cum dr̄ p aduentū tuū libera nos dñe quaz (in veritare .t. exau. me dñe) quā decet inocētes saluer (in tua iusticia) nō in mea ꝫ qz platus quātūcūqz bonꝰ debet timere. ne psecutōnez illā meruēit ſDoitur (q non ītres in iudiciū cū seruo tuo). i. in rigore iusticie (qz nō iustificatur in ospectu tuo ois viuēs) ysaie. lxiiij. Omnes iustie nr̄e .q. pānꝰ mēstruate (qz psecutꝰ) hic scdo ponit dce petitōnis rō cum dr̄ (qz persecutꝰ ē inimicꝰ aiam. m.) inferēdo psecutōnez nimis grauem q dr̄ inimicꝰ rōne culpe nō nature (humiliauit in terram vitā. m.) .i. deiecit. nō tamē in celo qz pacies crescit in merito (collo. me. in ob. 2c̄) nā talē oportet aliqñ cedē malicie q latitare (q anxiatus ē super me spūs meꝰ 2c̄) eo qꝫ nō possum eē cū populo meo (memor fui di. antiqꝫ) in quibꝰ absalon psequebatur patrem suum. qz fic pacior a meo filio spūali (meditatꝰ sū in oibus op. tuis 2c̄) quibus ꝓmisisti innocentes a malis tribulari) expandi manus. m. ad te) orans pro mea liberatione q subdit tur cā cū dicit (anima mea sicut terra sine aqua). i. nō possum facere fructū populo meo ad honorem tuum (velociter exaudi me dñe) q subdit ratio (defecit spūs meus). s. deuotōnis ex feruore tribulatōis (non auertas faciē. tu. a me). i. si qd̄ absit auertas eā a me) ero simil descēdētibus i lacuz (gehēne (au ditam fac mh mane 2c̄). i. celēiter (notam fac mh viā in q̄ am.) itinere recto ad p̄riam) qz ad te le. a. m.) p spez (eripe me de inimicis meis) visibilibus q inuisibilibꝰ (dñe ad te confugi) sicut ad protectorē (doce me fa. vo. tuā) qz nō habeo alium doctorē (spūs tuus). ſhic tercio ponit peticōnis exaudit̄ō q̄ aliqñ reuelatur aꝑte bono plato. q aliquādo cōiecturaliter p internam consolationem a spiritu sancto q sic dicit (spūs tuus bonꝰ de. me in t̄ram rectam). s. viuentium in qua nihil est obliquum (viuificabis me) vita glorie (in equi. tua) q non mea (educes de tribulatione 2c̄). s. pñtis vite (q in misericordia tua disp. inimicos meos 2c̄). scz. corporales q spūales. q subdit ratio (quoniam ego seruus tuꝰ sum) obediēs tibi ad nutū.

Benedictus) ſm ieronimū dauid fecit hūc psalmū de pugna cōtra goliad. moraliter aūt potest expedi de bello viri iusti cōtra dyabolū q sic in eius psona dr̄. ofderādo auxiliuz diuinū (benedictus deꝰ 2c̄) Circa qd̄ sciendū. ꝙ sicut i bello corpali alīn pugnat d̄ ꝑe manu ad manū. aliquādo delonge vt sagittādo vel funda lapides iaciendo q tunc bellans vtitur digitis sic in bello spūali fit bellū de ꝑe cum pugnatur cōtra actuz pcī vt fornicatōnis vel adulteriī. q sic dicitur (qui do. ma. m. ad pli.) aliqñ delonge .s. dtra occasionē fornicatōnis vel adulteriī vt est aspectus impudicꝰ q sic dr̄ (q digitos meos ad bellū. mia mea q refugiuz 2c̄) hic ponūtur tot nomina. q. finoia ad figurādū qꝫ effectus diuine mie nemo pōt explicare (q̄ subdis ꝓphm. m. ſb me) hois populꝰ dici pñt ai motus qui subduntur sibi qñ obediūt ratōni. ꝫ quia totum deo debet attribui ſDoitur (dñe q̄d est hō qz innotuisti ei 2c̄). s. p effectū tue bonitatis sibi collatū. q. d. nihil ē ꝑter qd̄ subdit. (hō vanitati simil̄ factꝰ est 2c̄) (dñe) hic consequēter ponitur demonum repressio q̄ sunt frequēt̄ nimis acres in hoc bello. ió dr̄ (dñe inclina ce. tu. q descēde) p effectū ptātis tue (tange montes) rep̄mendo superbos demones (q fumigabūt). i. murmurabūt sic dixerūt xpo. mat. viij. Cur venisti añ tēpus torquē nos. (fulgura corusc. 2c̄) Per fulgura coruscatōes q sagittas. intelligit dei sntia in iudicio finali q̄ demones retrudētur in ꝓfundo inferni. ꝫ qz vsqꝫ tūc gratuit̄ inuadūt hoīes. subdit̄ (emitte manuz tuā). i. potētiā (q libā me de aq̄s mltis). i. tēptatōibꝰ dēonū ipetuosꝫ (q d̄ manu filiorū lienoꝝ). i. dēonū q̄ sūt filiī dei p creatōez ꝫ alieni ab eo p rebellionē (q̄ꝫ os lo. ē vanitatē eā mūdāis hōibꝰ suggerēdo (q deoꝝ dex̄ uniq̄tat.) nā ad eā impellūt hoies mltl. mōis q qm̄ ex tali bñficio debeāt laudeo subdit̄ (deus can. no. cātabo tibi) cuz liberatus fuero de insultu maligni (in decacordo psallā tibi). i. i obseruatōe decalogi (q̄ daas sa. fgibꝰ) i. hoibꝰ cū adiutorio d̄i bñ seregētibꝰ (q̄ fœmisti dō) d̄ saul̄ psecutōe

(De gladio maligno eri.me) .i.de malig ni spūs temptacōne (et eruc me) sbic con sequenter ponit liberatio ab hominibus malis qui sunt instrumēta demonis cum dicitur (q eruc me ō manu filiorūz alieno rum) id est hominum malorū qui sunt filij dei ad ei⁹ymaginē facti.ꝫ ab eo per pecca tum alieni (quorū os locutū est va.) id est mendatiū ad bonorū decepcōnem (q dex tera eorū dex.iniqui) est enim sēper extēsa ad operandum iniqua q quia frequen ter iniqui ꝓsperantur in vita presenti subdit (quorū filij ꝛc̄) in quo notatur ꝓsperitas in ꝓle masculina q etiā feminina.cū sbdit (filie eorum composite ꝛc̄) id ē ornate cu riose (ꝓmptuaria eor plena) in quo tangi tur ꝓsperitas in terrena scentibus q i ani malibus cū dicitur (oues eorum fetose ꝛc̄) q in temporali pace cū subditur (non est ruina macerie) .i.clausure murorū (neq; transitus) aduersariorū (neq; cla. in pla. eorum) .s.vulneratoꝝ ab aduersarijs (be atum dixerūt populū cui hec sunt) ꝫ enim dicunt homines mūdani .ly sit miser mise ria peccati. C ōsequēter ostenditur ꝙ eius popul⁹ sit vere beatus cū dicitur (beatus popul⁹ cui⁹ē dns deus eius) id est qui ser uit domino fideliter q ꝺuote tal'eni est be atus in spe ꝛc̄.

Exaltabo te) In hoc psalmo dō se q alios excitat ad dei laudem.sen sus moral'est.vt bonus prelatus per dō figuratus ad laudē domini excitz se ꝑmo q ꝺsequenter ꝑplm xp̄ianū quātum ad ꝑmum i eius ꝑsona dicitur (exaltabo te deus me⁹ rex) .i.quantum potero te lau dabo.deus enim exaltar i non potest in se cū sit magnitudis ifinite (ꝑ singu.di.bñ.ti bi) sicut per singulos dies tua beneficia re cipio (magnus deus q laudabil' nimis) .i vltra omnem ꝛtutem creatā imꝓꝓozci nabl'r (generatō) sbic ꝺsequenter ponit alio rum excitatio ad laudādū cū dicitur (ge neratō q gene. lau.opa tua) .i. ōnes ho mines presentes q futuri (laudabit) .i.lau det q sic in sequentib⁹ exponat (magnificē glorie sācti. tue loquēt) orādo q docendo (q mirabilia tua narra) .i. alios eos ad tuam laudem inducendo (q virtu.ter.tu. dicent) in peccatorum punitōne vt in dilu uij inundatōne q sodomorum subuersiōe q sic de alijs vt audientes terreantur. q a peccatis retrahant) memōm abundan. sua.tue.) scz in beneficijs creatōnis recre atōnis gubernatōnis q glificatōnis (exul tabunt) .i.exultent (q iusticia tua exulta) ps.lvij. L etabitur ius.cū viderit vin.' ꝛc̄) miserator q miſi.dns) peccata relaxādo (paciēs) penitentiam expectando (q mltū misericors) penas debitas minuendo (su uis dns vniuersis) attingēs a fi.vsq; ad fi nem fortit' q omnia dispo. suauiter dans eis iclinacōes ad bonū ꝓm nāe sue modū (confiteant' tibi) sbic inuitatur generaliter omnis creatura ad dei laudē. cū dicitur (confiteant' tibi dne) ꝺfessione laudis (oia opera tua) nam habētia intellectū laudare possunt deū ꝑpie q intellectu carentia lar ge in quantum in eis relucet bonitas crea toris (q sancti tui bñ.tibi gloriā regni tui dicēt ꝛc̄) .s.docēdo vt audientes te diligāt (q potēciā tu.lo.) vt te timeāt (vt notā fa. ꝛc̄) Repetitō est eiusdē sentencie ad maiorē expressionē (regnum tuum ꝛc̄) .i. eterne duratōnis q magne extensionis.s.ad om/ nia (fidelis dominus ꝛc̄) nam implet pro missa (q sanct⁹ in omnibus operibus su/ is) nam ordinat ipsa ad declaratōnez sue sanctitatis (alleuat oēs q̄ corruūt ꝛc̄) q̄a quantum est ex se paratus ē cadētes i pec catum releuare (oculi oīm) .s. bonorū (in te sperant dne) spe formata caritate (Et tu das escā illorū) .s.eucaristie (i tpe opor tuno) quod ē tps gre (apis tu ma.tu.) tu/ a largitate (q imples omne aial bñdcōne) ꝑ aial q̄d dr a sensu intelligitur habēs dei sensum q omnis tal'bñdcōe dei reple tur (iust⁹ dns in oibus vijs suis) nam vni uerse vie dei sunt mia et veritas (et sanct⁹ in oib⁹ op⁹ suis) exponat' vt pri⁹ (ꝑpe ē dns inuocantib⁹ ꝛc̄) q̄z velociter exaudit deprecantes (custo.dns oēs dili.se) a malo mortal' culpe (et oēs pctores) .s.obstiatos (dispz) pena gehēne Cetera pa.ex dictis.

Laudа anima mea dnm) In h̄ psalmo declarat' ꝙ de hoib⁹ non ē precipal'r ꝺfidendū ꝫ ō deo ꝑpt q̄d sēc⁹ lr̄al' est simpl'r moral'.iō ptrāseo

Laudate.d.qm̄ bon⁹ ꝛc̄) Iste .ps.ē i uitacio general' ad dei laudē ex ei⁹

beneficijs quoꝝ aliqua sūt carnalia ⁊ hec sunt spiritualit̄ exponēda. dr̄ ergo (laudate dominuz quoniā bon⁹ est psalm⁹). s. ip̄z deuote cātantibus qꝛ sic mētes eorū eleuātur in deū. (deo nostro sit iocūda deco. qꝫ lau.) id est cum deuotōe mētis ⁊ mūdicia cordis (edificās ierusalem dn̄s). i. ecclesiam suam (dispersiones israel). id ē populi xp̄iani ad quē nomē israel est translatū vt frequenter ē dictuz (congregabit) in ecclesia militante ꝑ fidem ⁊ in triūphante per apertam visionem (qui sa. contri. corde). sue passionis virtute (⁊ alligat contri. eorum) virtute sacramentoruz que sunt anime medicine (qui numerat mul. stellaruz). i. electorū quorū est certus numerus apud ipsum (⁊ omnibus eis nomina vocat). i. p̄mia ꝟm merita parat (magnus dominus ꝛc̄) quia virtus eius ⁊ sapiētia sūt infinite (suscipiens man. dn̄s) ad suaz gloriam (humilians autem pec. vsqꝫ ad ter.). i. vsqꝫ ad infernum qui a doctorib⁹ esse dicitur intra terram (p̄cinite dn̄o in cōfessione). s. laudis (psallite dn̄o nr̄o in cithara). i. in fide trinitatis eo ꝙ est figure triāgularis (qui operit celū nubi.). i. ecclesiaz militantem enigmaticis reuelatōnibus. (⁊ parat terre pluuiā). i. doctrinaz hominibus (qui ꝓducit in mon. fenum). i. in doctoribus virorez bonoꝝ exemplorū (⁊ iumētis es. ipsorum). i. simplicib⁹ doctrinam ꝟm capacitatē eoꝝ (⁊ pul. cor. inuocātib⁹ eum). i. filijs gentiliuz venientibus ad baptismum (non i fortitudīe equi volū. hēbit). i. iudei indomiti cuius fortitudo fuit noticia legis ⁊ ꝓphetarum quā deus nō approbat in iudeis obstinatis. eo ꝙ peruertunt ipsam (nec in tibijs viri). i. tiranni ec̄ baptizati (bn̄placitū est dn̄o sup̄ ti. eū. tiore filiali (⁊ in eis qui sperāt ⁊c̄). s. spe. caritate formata.

Lauda ierusalem) Iste psalm⁹ ꝟm sensū litteralem loquitur de edificatōne spūalis ierusalem. q̄ est ecclesia ꝓpter quod pertranseo de alia expositōne spūali hic ponenda.

Laudate dn̄m de celis) Iste psalmus ē quedā inuitatio generalis creaturaꝝ ad dn̄z laudandum ⁊ quantū ad inuitatōnem hoim ⁊ angeloꝝ sensus litteralis est spiritualis. quātuz autem ad inuitatōnem creaturaꝝ intellcū carentium. sensus litteralis est ꝙ deū laudant dupliciter. s. in quantū relucet in eis bonitas creatoris ⁊ in quantum sunt materia laudis hominib⁹ ⁊ āgel' deū laudātib⁹ ex operib⁹ suis Nec occurrit mihi alia spiritualis expositio conuenientior hic ponenda.

Cantate domino) Psalmus iste ꝟm sensum litteralem est quedaz inuitacio ad dei laudem de victoria quā hituri sunt sc̄i de suis oppressorib⁹ in iudicio finali ⁊ sequēs (s. laudate dn̄m in sanctis eius) est inuitacio ciuiū celestiū ad dei laudem ex plenitudīe glorie. quam tunc habebunt sancti in consortio eorum que expositiones sunt spūales ꝓpter quod ꝑtrāseo de alijs hic ponendis.

Explicit expositio mistica sup̄ libruz psalmorum. Edita per fratrem Nycolaum de Lyra.

Incipit liber ysaie. Capitulum. i.

Visio ysaie ⁊c̄) In hoc capitulo peccata populi iudaici arguūtur per quam popul⁹ christianus generalit̄ significatur. spēaliter tamen clerical' status ꝓ vt se extendit ad prelatos clericos ⁊ religiosos. quorum mala hic ꝟm sensum misticum arguuntur. ⁊ primo contra eorū peccata celum ⁊ terra ꝓ testimonio inuocātur cuz dicitur (audite celi ꝛc̄) ⁊ subditur in dei persona (filios enutriui). s. clericos generaliter sūptos ipsi namqꝫ p̄ ceteri. catholicis pane scripture ⁊ eucharistie sacramēto sūt nutriti (⁊ exaltaui) a tempore cōstantini imꝑatoris. qui multū honorauit statum clericalem ⁊ dotauit tꝑalibus bonis (ipsi autem spreuerunt me) mandata mea transgrediendo manifeste (cognouit bos possessorem suum ⁊c̄) Per bouem

q̃ afinum intelliguntur ſimplices xp̃iani. per iſrl̃ qui vidēs deum interp̃tatur clerici q̃ ſpecialiē theologi. frequēter aūt contingit q̃ xp̃iani ſimplices d̃uote recognoſcūt beneficia dei. q̃ clerici eē p̃bendati q̃ eleuati a deo ſunt ingrati ꝓpter quod aug⁹. cū legiſſet vitā pauli ſimplicis dixit ſurgūt indocti q̃ rapiūt celū nos autē cum litteris nr̃is mergimur i infernū (ve gēti peccatrici). ſ. i uerecūde. ꝓpter quod inuerecunda meretrix peccatr vocat̃ q̃ ſic ē d̃ apoſtat. religionis q̃ de alīs exponētib⁹ ſe inuere / cūde pcīs (populo graui iniq̃tate) c⁹mōi ſunt mali p̃lati q̃ mali religioſi. q̃ quāto ſtat⁹ altior tāto caſus grauior (ſemini ne q̃). i. peccātibus ex certa malicia q̃d magis cōtingit in hominib⁹ litteratis q̃ ſic nō peccāt ex ignorātia (fil̄is ſceleratis). i. ſceleribus aſſuetis q̃d frequēter contigit mal̄ clericis q̃ ꝙ nō timent iudicium mortis (vereliq̃runt dn̄um) p̃ peccatuz omiſſiōis (blaſphemauerūt ſanctum iſrl̃). i. deū ſā / ctificantem pp̃lum xp̃ianum per peccata omiſſionis (alienati ſunt retrorſum) apoſtate religionis (ſup quo ꝛc̄) hic cōſequēter deſcribitur incorrigibilitas predictoruz cum dr̄ (ſuper quo percutiaz vos vltra addentes p̃uaricatōnez). q. d. ſ̄ eſſet fruſtra q̃ vero nō ſequitur ex hoc emēdatio pn̄ie ſ̄ magis peioratio culpe p̃cuſſa eſt eni eccleſia ſciſmate gratie q̃ in amiſſione terre ſancte q̃ non ē ſecuta humiliatio penitencie ſ̄ augmētatio pōpe (omne caput lāguidum). i. prelati lāguentes ambitōne quia nihil eis ſufficit (q̃ omne cor merēs) p̃ q̃d ſignanl̃ doctores theologi. a quib⁹ fic̄ ex corde dēt ſenſus bone cognitionis p̃ eorum doctrinā procedere. ſ̄ docent modo vana curioſa p̃ maiori p̃te (a plāta pedis vſq̃ ad verticez). i. a minoribus vſq̃ ad maiores (non ē in eo). i. in corpore eccleſie (ſanitas) diſpoſitōnis debite p̃ hoc autem ꝙ dicitur. omne cor non ſ̄cludunl̃ boni vt dicetur infra ſ̄ eſt yperbole ad deſignādum multitudinē male ſe habētium. vn̄ ſubdit̃ (vulnus). ſ. diſcordie eo ꝙ diuidit mētes ſicut vulnus corpis carnes (q̃ liuor) inuidie (q̃ plaga tumēs) ſupbie. hec eni peccata regnant in clericis predicto modo ſup̄tis (non ē circūligata) dei timore a peccato retrahēte (nec curata medicamine). i. amore dei ad bonum attrahente (neq̃ fota oleo) miſericordie veniā impetrāte (terra vr̄a deſerta). i. animarū cura neglecta (ciuitates vr̄e ſuccenſe igni). ſ. luxurie auaricie q̃ ſupbie ꝓpter defectum cuſtodie (regionē veſtrā coram vobis alieni deuorant). i. demones a deo alienati ſubditos veſtros ſibi incorporant (q̃ derelinquetur filia ſyon). i. eccleſia (ſicut vmbraculuz in vinea ꝛc̄) que derelinquitur a cuſtodibus fructib⁹ collectis ſic rectores eccārum collectis pecunijs. parum aut nihil curāt de animabus (niſi dominus exercituum reliquiſſet nobis ſemen). i. aliquos bonos in quolibet eccē ſtatu quoruz meritis alij ſupportantur (quaſi ſodoma fuiſſe⁹ ꝛc̄). i. totaliē deſtructi (audite) deſcripta clerici malicia. hic ſubditur medela. primo tamē excluditur falſa que oſiſtit i diuinis obſeq̃ijs peruerſe fact̃. cū dr̄ (audite verbū dn̄i p̃ncipes ſodomor̄ ꝛc̄) ezech̄. xvi. dicitur. hec fuit iniquitas ſodome ſororis tue ſaturitas panis q̃ ocū q̃ manū pauperi nō porrigebant. hec aūt vicia i clero regnāt. ſ. caſtrimergia p̃ exceſſiua q̃ delicata cōuiuia q̃d̃ p̃ ſaturitatē panis intelligit̃ eo ꝙ in ſacra ſcriptura nomine panis intelligit̃ omnis cibus q̃ acidia per ociuz ſignificata q̃ crudelitas erga paupes quor̄ ſūt eccē bona ꝓpter conuenientē victum q̃ veſtitum eccleſie miniſtror̄ (quo mihi multitudinem victimar̄ tuar̄ ꝛc̄). i. ſeruicia vr̄a inquātum ſunt er vob̄ mihi nō ſunt accepta (holocauſta arietū ꝛc̄) per omnia legis ſacrificia figuratū fuit euchariſtie ſacr̄m ſic̄ vnū p̃fectū per multa imp̃fecta q̃d licet ſit optimum. tamē non p̃ficit ſed nocz offerentibus q̃ ſumentibus indigne (neomeniam q̃ ſabbatū ꝛc̄) p̃ iſtas ſolēnitates veteris leg. ſignificata fuerūt noui te. feſta. quoruz tm̄ obſeruatō p̃ vacatōnē a terrenis operib⁹ non valet niſi fiat ceſſatio a peccatis que tm̄ frequenl̃ magis fiūt tunc q̃z in diebus alīs (q̃ cū extenderit ſ manus vr̄as (i oratōne (auertā oculos meos a vobis) q̃r nō eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris (lauami) exclusa falſa medela. hic ſequenter pōitur vera cū dicitur (lauamini) p̃ veraz penitēciā (mūdi eſtote). i. a recidiuo cauete (

auferte malum cogitacionuz vestrarum)nam exterioz mũdicia sine iterioz non ẽ accepta (q̃escite puerse agere ꝛc̃.)qz de/cliare a malo et facere bonũ sũt due ꝑtes iusticie (q̃rite iudiciũ)iusticiã exequẽdo (sBuenite oppzesso)pcẽis ipsũ dirigẽdo ꝑ iniurĩs ipsũ adiuuãdo (iudicate pupillo)ip̃m in iure suo fouẽdo (defẽdite viduaz)ab iuriãte ipaz(et venite ꝙ arguite me)si vobis nõ bene faciã (si fuerit pcẽa ve/stra vt coccinũ ꝛc̃.)ꝑ rubozem coccini et vermiculi significaẽ sãguinis effusio.ẽ igi tur sensꝰ si pcẽa vestra sic bozrida fuerint sicut effusio sãguinis i nocẽtis tamẽ expi abũtur (si volueritis et audieritis me bo na terre ꝺmedetis).ſ.terre viuẽtiũ ꝑ frui tionẽ beataz (ꝙ si nolueritis ꝛc̃.) seq uiẽ(gladiꝰ deuorabit vos).ſ.sẽtentie mee.ite maledicti i ignẽ eẽnũ ꝛc̃.matƀ.xxv.Quo modo)ƀ post pcẽa clericoꝝ arguũẽ pec/ta laicozũ cuz dicẽ q̃modo facta es mere trix).i.iuerecũde peccãs(ciuitas fidel)i. ꝺmunitas ꝑpli credẽtis de cuiꝰ fidelitate ꝑstina dr̃ act.iĩj.mlitudis credẽtiũ erat coz vnuz ꝙ aia vna (iusticia hitauit in ea).ſ.legal' que ꝺtinz oẽm xtutẽ (nũc ãt ho micide) qz xp̃iani q̃runt se mutuo iugula re (argẽtũ tuũ).i.veritatl. eloq̃uz ꝑuer. x.Argẽtũ electũ ligua iusti. (versũ ẽ i sco/riã)i.falsitatẽ(vinũ tuũ)cozrectõis(mix tũ ẽ aq̃)idebite remissiõis (ꝓncipes tui i fideles)data sibi ptãte abutẽtes (socij fu rũ)sustinẽtes vsurarios ꝙ alios malos ꝓpẽ tpale lucrũ (oms diligũt munẽa) iusticie puersũa(sequũẽ retributões)per uerse iudicãtes(pupillo nõ iudicãt).i.ꝑ eo in iure suo (ꝙ cã viue nõ igredi ad eos)qz nõ videt ibi lucrũ tẽpale(ꝓpẽ ƀ) descꝑta malicia.ƀ põiẽ debita pena cũ sƀ diẽ (heu ego ꝺsolaboz sup hostibꝰ meis) faciẽdo vidictã de eis loq̃ẽ.n.deꝰ de se ip so ad modũ hõis q̃ delectaẽ se vidicãs de suis iimicis (ꝙ ouertã manũ meã ad te) puniẽdũ ƀm ordiem iusticie mee (ꝙ exco/q̃ ad puꝝ scoziã tuã ꝛc̃.)ƀ marie fiet tp̃e ãtirp̃i cuiꝰ psecucõ fiet ad purgatõz ꝓpli xp̃iani(ꝙ restituã iudices tuos ꝛc̃.)qz tp̃s pñie dabiẽ electis ab antirp̃o deceptis iõ subditur post (vocaberis ciuitas iusti ꝛc̃.

fyõ in iudicõ redimeẽ).i.ecclesia militãs ꝑ penã debitam expiabitur(ꝙ reducẽt eã in iusticiam meaz) .ſ.enoch et helyas ꝑ suam predicacionem et ƀ quantuz ad ele ctos (et conteret sceleſtos et peccatores simul).i.demones et peccatores obstina tos .ꝺ.illud matƀ.xxv.Jte maledicti i ig nem eternum qui paratus est diabolo et angelis eius (confundentur eni ab ydol ꝛc̃.)naz ydolũ auari est pecunia et luxuri osi ribalda (et erubescetis super oztis q̃s elegeratis)ad exercẽdum lasciuiã ꝙ gulã (cũ fueritis velut querc⁹ defluẽtibus fo/lĩs).i.ꝑpinq̃ gehenne igni sicut querc⁹ deficcata cõbustioi (et velut oztus absz aq̃) .ſ.gr̃e (ꝙ crit foztitudo vestra vt fa/ uilla).i.nõ potẽs resistere(ꝙ opus vestrũ).ſ.malũ (vt scintilla ꝙ succẽdetur vtrũq̃ simul)igne gehẽne (ꝙ non erit qui extin guat)eo ꝙ est duratiõis eterne

Cap. ij

Uerbuz qõ vidit ysaias ꝛc̃)princ piũ huius capituli litteraliter ex/ponitur ꝺ dilatacõe militãtis ec clesie Anagogice xto potest expõi ꝺ dilata tione triũphantis. christo cum electis q̃ a pncipio mũdi detẽti fuerãt i limbo illuc ascẽdẽte et sic dicitur (et erit i nouissimis diebus ꝑparatus mons).i.christus de q̃ dicitur danel.ij.lapis qui ꝓcussera t sta/tuã factus est mons magnꝰ (domꝰ dñi) .i.triumphantis ecclesie (in vertice mon cium ꝛc̃.).i.angelozum psal.cxxiij.Mon tes in circuitu eius.i.angeli vt exponit au gustin.homo namque christus est super omnes angelos exaltatus et quia trium phans ecclesia non solum est dilatata ꝑ sanctos ascendentes cum christo .sed eti am per illos qui post eius ascẽsionem suf cepeꝛt eius fidem .subditur (et fluent ad eum omnes gentes ꝙc̃.) credendo nam aliqui ex omnibus gentibus in christum crediderunt a tempore apostolozum .et credentes alios excitauerunt ad creden dum in quozum persona subditur .(veni te ascendamus ꝙc̃.et docebit nos vias su as)ꝑ apostolos et successores eoꝝ qz de fyõ exibit lex ꝛc̃.)id ẽ ꝺ ecca.(ꝙ iudicabit gẽtes ꝛc̃.)ſ.iudiẽ discretõis q̃ credentes

nō credentib⁹ discernuntur (ꝙ arguet po
pulos mltos) de peccatis omissis ꝑ predi
catores veritatis (dissabūt gladios suos i
vomeres ꝛc̄) ħ ꝓpie dicitur de doctorib⁹
ad fidē cōuersis de gētilibus ꝙ iudeis qui
gladijs scripturaꝝ fidē impugnabāt ante
uersionē suā ꝙ cōuersi vsi sunt scripturi.
ad agri ecclesiastici culturam (nō leuabit
gens contra gētē gladiū ꝛc̄) hoc intelligitur
de iudeis ꝙ gētilibus i vna ecclesia carita
te diūctis qui ꝑus aduersabātur sibiipsis.
(dom⁹ iacob).i.supplātatores viciorꝝ (am
bulemus i lumine dei nostri) ħ ꝑ fidē ꝙ po
stea ꝑ aptā visionem (piecisti) ħ reuertit
ꝓpheta ad scribēdū punitōnes ꝙ peccata
iudeorꝝ ꝑ que significant punitōnes ꝙ cul
pe malorū xp̄ianorꝝ. cum dicitur (piecisti
populū tuum) de terra sancta ꝙ de africa
in mltis locis (qz repleti sunt vt olim).i. fi
cut olim eiecti fuerūt iudei de terra sancta
ꝓpter eorꝝ pcā sic et xp̄iani tpe cosdroe
ꝙ postea tpe saladini (ꝙ augures habuer̄t
vt philistijm) vtēdo diuinatōnibus supsti
ciosis (ꝙ pueris alienis adheserūt) i vicio
ntra naturā hec eni vicia dicunt fuisse in
illa terra anteq̄ a saracenis caperet (ꝙ re
pleta est terra).s.ecclesie (auro ꝙ argento
ꝛc̄) qz saciari nō potest cupiditas malorū
(ꝙ repleta ē adhuc terra eius equis) mul
tis ꝙ magnis ad pompaz (ꝙ innumerabi
les quadrige eius).i. sūmarij ꝓpter supel
lectilis abundātiā (ꝙ repleta est terra eius
ydolis).i.pastoribus fictis ꝑm illud zach
ri. O pastor ꝙ ydolū ꝛc̄ (op⁹ manuū suarū
adorauerūt) s.illi q̄ eos elegerūt (ꝙ incur
uauit se homo) a rectitudine ratōnis (et
humiliat⁹ est vir).i.deiect⁹ a statu virtut.
(nō ergo dimittas eis) sine debita punitō
ne (ingredere) descripta culpa ħ sequitur
medela cū dicit (ingredē in petrā).i.xp̄m
ꝑ penitēciā recurrēdo ad ipsum (absconde
in fossa humo).i.in carne xp̄i cōfossa cla
uis ꝙ lancea (a facie timoris dñi ꝛc̄).s. i iu
dicio finali in quo xp̄us apparebit in maie
state (oculi sublimis ꝛc̄) superbi tunc (humi
liabunt quia dies dñi exercituum sup om
nem superbū) scz corde (ꝙ excelsum).i. ab
utente potestate (ꝙ sup omnē arrogātez)
locutōne (ꝙ super omnes cedros ꝛc̄) id ē
pncipes superbos (et super omnes quercꝰ
basan).i.super luxuriosos qđ basan inter
pretatur pinguedo (ꝙ sup omnes montes
excelsos ꝙ super omnes colles).i. sup̄ pla
tos maiores ꝙ minores superbos (Et super
omnē turrim excelsam).i. doctorē superbū
(ꝙ super omnem murū munitū).i. cōgre
gatōnem superborum (et sup omnes na
ues tharsis).i. superbientes de fortitudine
classis (ꝙ incuruabitur omnis sblimitas
).i.superbia quocūq̄ modo facta (ꝙ ydo
la penitus conterentur).i.pastores ficti et
religiosi falsi (ꝙ introibunt i speluncas ꝛc̄)
id est intrarent si possent (in die illa piciet
).i.pficienda cognosc̄ (ydola argēti sui
ꝛc̄).i. fictōes sanctitatis ꝙ sapientie quas
faciunt ypocrite vt honorent ab homib⁹
parum aut nihil de cognitōe veritatis ha
bentib⁹ ꝓpter quod talpas et vespertiliōes
significantur. et iō cum dicitur (vt adora
ret) exponendum est.i.adorare faceret.s.
seipsum a predictis (quiescite) hic ponitur
medela contra mala pene dicta cum dici
tur (quiescite ab homine).i. xp̄o eius offē
sam cauendo (cuius spūs in narib⁹ eius ē
) id est acrit̄ puniens peccata. talis eni pu
niens fumum de naribus emittit. quia ex
celsus reputatus est ipse. scz. a deo patre.
qui constituit eum iudicem omniū. Jo.v.
Pater non iudicat quenq̄ sed omne iudi
cium dedit filio qui iudicabit in forma hu
mana glōsa.

Capi. .ix.

Ecce dominator) hic ꝓpheta de
scribit magis in spēali penā ma
lorum iudeorum ꝑ quam signifi
catur punitio malorum xp̄ianorum. cum
dicitur. dominus exercituum auferet). id
est auferri permittet (ab ierusalez et iuda
).i.ab ecclesia metropoli. et circumstante
dyocesi (validū et fortem) ad sustinendum
ꝑ iusticia laborē (et omne robur panis et
aque) id est spiritualis nutrimēti. eo ꝙ in
scriptura per panē et aquaz omnis cibus
et potus significatur (et virum bellatorez
) contra vicia (et iudicem) scilicet iustum
(et ꝓphetam) id ē predicatorem deuotuz
pro salute animarum et non ꝓpter questū
(et ariolum).i.diuinatorem superstitiosum
in quo confidunt mali xp̄iani. ꝓpter qđ
in penam eorum dicitur hic auferri (et se
nem) moribus et etate. nam in eccl'a presi

ciuntur iuuenes q̄ꝫtum ad vtrūq; (prin/
cipē super quiquaginta).i.dominātē q̄n
q; senſibus cum obſeruatione decalogi.
quinquies enī decem faciunt quīquagin
ta(et honorabilē vultu).i.confeſſorē diſ/
cretū(et ſapientē de architectis)ille ē qui
diſponit op⁹ et alīj exequunt ideo p̄ ipſū
ſignificatur doctor ſcribendo.cuius ſcri/
pturā alīj exequūtur legendo vel p̄dican
do(et prudentē eloquīj miſtici).i.expone
re ſcientē ſcripturā literaliter et miſtice.
dicte nāq; p̄ſone p̄ magna p̄te defecerūt
p̄ peccatis eccleſie(et dabo) hic ponitur
mutatio que non eſt dertere excelſi cū di
citur(et dabo pueros ⁊c̄)ſcz moribuſ eta/
te et ſciētia(et effeminati)delicijs et laſci
uia(et corruet p̄plus ⁊c̄)p̄uerbi.xi. Vbi
non eſt gubernator populus corruet (tu
multuabitur puer contra ſenem)q̄ō fre/
quēter fit i fligione (et ignobilis)morib⁹
(contra nobilē).i.bene morigeratū (ap/
p̄hendet enī vir fratrez ſuū ⁊c̄) ſequitur (
et dicet veſtimētū eſt tibi princeps noſter
eſto)ſic eligūtur mō p̄ſidentes i eccleſijs
cōmuniter.ſ.racōne p̄pinq̄tatis ſāguine
vel natōe q̄ō notatur cū dicit(apprehen
det vir frtarē ſuū ⁊c̄) vel ratione lucri tē/
poralis.q̄ō notat cū dicit (veſtimētū eſt
tibi ⁊c̄ (reſpōdebit q;) .i.deberet reſpōdē
(nō ſuz medicus).i.habēs ſcientiā aias
medicādi(in domo mea nō ē panis)ſcilz
ſacre ſcripture q̄ poſſem ſubditos paſcē
(neq; veſtimentū) ſcz virtutū (nolite me
cōſtituere)vobis paſtorē ꝫ omnis q̄ꝫtuz
cūq; defectuoſi reſpondēt ſicut ramnus
Judi.ix. Si vere me regez conſtituitis.ve
nite et ſub vmbra mea req̄eſcite(ruit irlz
)hic conſequenter ponitur cauſa dē pu
nitionis que fuit pcēz cōtra dn̄m idō.ſb
dic̄(lingua eorū) dn̄m blaſphemando(et
adiuēcōnes eoz)ad nouitatē maloz ſtu
dēdo(cōtra dn̄m ⁊c̄)(agnitio vult⁹ eorū
).i.eorū malicia apta in mō et verbo (re
ſpōdebit eis) penā debitā ſuſtinēdo iō ſb
dic̄(ve aie eorū ⁊c̄) q̄ō ē ominacio eterne
pene(dicite iuſto q̄m bene)ſupple erit ſibi
i retributiōe (fructū adinuētionū ſuaz)
q̄ ſūt in bono(comedet)in bona fruitōe(
ve impio ⁊c̄)ſcz gebēne(pplm meum exa
ctores ſui ſpoliauerunt)ſcz principes et p̄

lati tirānidē exercētes(et mulieres dn̄ate
ſunt eis) .i.principes et prelati per molli
ciem carnis effeminati (popule me⁹ qui
beatū te dicunt) adulando(ipſi te decipi
unt ⁊c̄)in malis nutriēdo et a bonis p̄uer
tēdo(ſtat ad iudicandū dominus ⁊c̄)ſcz
ad puniendum predictos malos (ad iudi
cium veniet cū ſenioribus ⁊c̄).i.cū aplis
et eorum imitatoribus(vos enī depaſti e
ſtis vineam meam ⁊c̄).i.populum criſtia
num vos tyrannizantes (et dixit domin⁹
)hic cōſequenter ponitur malicia et puni
tio mulierū cum dicitur(pro eo q̄ elena
te ſunt filie ſyon).i.male criſtianc ſupbiē
do(et ambulauerunt collo extēto) ſuper
biam cordis exterius oſtendendo(et nu
tibus oculorum ibant) impudice reſpiciē
do(et plaudebant)diſſolute ludendo(pe
dibus ſuis cōpoſito gradu incedebant)
ad luxuriam homines prouocādo ſequit̄
pena (decaluabit dominus verticem fili
arum ſyon ⁊c̄).i.manifeſtabit earū vilita
tem latentez.ſ.earuz adulteriū vel forni
cationem et ſic q̄dq̄o boni videbat̄ in eis
amouebitur p̄ earū infamiā iō ſubditur
(in die illa auferet dn̄s ornamētū ⁊c̄) per
illa ornamēta ſignificātur om̄s diuitiōes
que videbant̄ in eis bone et auferunt̄ per
malum infamie ideo ſeq̄t̄(et erit p̄ ſuaui
odore)ſcilicet fame precedentiſ(fetor)ſcz
infamie(Et pro zona funiculuſ et ceteza)
nam omnia que videbantur in eis bona
propter infamiam ſequentem.ficta fuiſſe
iudicātur et falſa(pulcherrimi quoq; vi
ri tui in gladio cadent) ſcilicz lingue naz
propter adulterium vxorum ſuarum vi
tuperātur. Capi. iiij.

ET apprehendēt ſeptem mulieres
⁊c̄)aliquando ctingit q̄ meretri
ces ad criſtuz deuotiſſime reuer
tuntur.ſicut patet de Maria magdalena
.et de maria egypciaca.et aliīs plibus et
de talibuſ poteſt exp̄i q̄ō dicitur(appre
hendent ſeptem mulieres)ſcōm q̄ dicit
Beatus Greg..omel.xxv.quia ſeptē die/
b⁹ ōe tēpus ap̄hendit rē ſeptenario nu/
mero vniuerſitas figurat.ergo p̄ ſeptez
mlieres vniuerſitas meretricuz ad xp̄m
reuertētiū deſignat iō dicit q̄(apprehē/
dēt viz vnū).i.xp̄z ō quo dicit.iſ.coz.x

Despondi vos vni viro virginē castā exhi
bere xpō licet eni virginitas quantū ad id
quod est corporis recuperari nō possit. tñ
quātum ad id quod est ex pte mentis pōt
repari (dicentes panē nr̄m comedem⁹ ꝛc̄
).i.nolumus ampli⁹ ociose viuere ꝙ de la
boribus nr̄is(tātummodo inuocet nomē
tuū super nos) .i.nobis sufficit tibi p peni
tenciam reconciliari.ꝙ qñ plurime tales
xpō reconciliate fecerūt fructū bonorum
operū multiplicē ex dono gratie diuine.iō
ꝯditur(in die illa erit germē dñi in mag/
nificētia ꝙ gl'a ꝙc̄)(ꝙ exultatō his q̄ salua
ti fuerunt).i.sāctis qui gaudēt cū angelis
de bonis operibus penitentum. Luce.xv.
Gaudiū erit angelis dei super vno pc̄ore
penitenciam agēte ꝙ qr tales penitētes cū
ciuib⁹ celestib⁹ ascribunt seqūtur(sanctus
vocabitur ois qui script⁹ ē ꝛc̄) ꝙ qñ nihil
coinq̄natum intra ierusalē supnā admitti
tur.seqūtur(si abluerit domin⁹ sordes filia
rum syon ꝙ sanguinē ierusalē).s.inferior.
ꝙ subditur modus ablutōnis.cū dr̄ (i spi
ritu iudicij).i.pfecte otritōnis ꝙ satisfacti
onis (ꝙ spū ardoris) .i. feruētis amoris .
luce.vij. Remittunt ei peccata multa .q̄m
dilexit multū(Et creabit) post peni-ētum
uersionē ponit figuraliter pphēta bonorū ꝺsolatōni
rñdit.ꝺ.(ꝙ creabit dñs sup omnē locum
montis syon).i.ecc̄e militantis(vbi inuoca
tū est)nomē eius p officiū solēne(nubez p
diem ꝛc̄).i.eucaristie sacramētū qđ dr̄ nu
bes refrigerās ꝺcupiscētie estum(ꝙ ignis)
flāmās pter caritatis incēdiū. iō dicitur
amoris sacramētum.dr̄ etiā(sum⁹).s. icē
sorum qr celebratur cū oronibus sanctor
apo.viij. Et ascēdit fum⁹ incensorū de oro
nibus sanctorū (super eni omnē gloriam)
.i.sup locū ad dei gloriā consecratus cui⁹
modi est ecc̄a materialis (ptectio).i.xp̄s
in sacramento qui ptegit a demone (ꝙ ē
tabernaculū in vmbraculū diei ab estu).s
cupiditatis (ꝙ in securitatē ꝙ absconsionē
a turbine)tribulatōnis p virtutē pacien/
tie(ꝙ a pluuia).scz. carnalis concupiscen
cie p virtutē ꝺtinētie.

Capitulum

Cantabo dilecto ꝛc̄) hic arguit ec .v.
clesie malicia ꝺ̄ vinee parabola.cū
dicitur(cātabo dilecto) .i.p xp̄o
qui dilect⁹ in canticis nominatur(canticū
).s.lugubre de ecclesie sterilitate (patruel'
mei).i.xp̄i q̄ est natural' fili⁹ patris(vinee
sue).i.de vinea sua que est ecclesia.ꝙ ꝺ̄bi
tur cātici forma cū dicitur(vinea facta est
dilecto).i.xp̄o(in cornu filio olei).i. in ca
ritate ꝙ pietate potēti sicut dr̄ act.iij.mul
titudinis credentiuz erat cor vnum ꝙ aia
vna(ꝙ sepiuit eā)custodia angelica vnde
ecclesia p̄mitiua añ subuersionē iudee per
romanos.āgelico monitu trāsiit in regnū
agrippe ꝙ ibi fuit saluata(ꝙ lapides elegit
ex ea).i.malos amouit .s. ananiā ꝙ saphi
ram.vt habetur act.v.ꝙ alios similes (ꝙ
edificauit turrim i medio ei⁹).i. euāgeliū
ꝙ doctrinā ap̄lorū.que sunt turris contra
insultus hereticorum(ꝙ torcular exstruxit i ea
).i.constātiā martirū pter quā expressus
ē sāguis eorū(ꝙ exspectauit vt faceꝫ vuas
).i.opa bona p imitacōnē predictorum
(ꝙ fecit labruscas)nam multi q̄ sunt de ec
clesia numero ꝙ nō merito carent fructib⁹
bonorū operū(nūc ergo habitatores ieru
salem).i. vos angeli ꝙ sancti q̄ habitatis
in ierusalē supiori(iudicate inter me ꝙ vi
neā meam)angeli nāq ꝙ sancti iudicant
cū deo de agēdis in mūdo.sicut dr̄ daniel'
iij. In sinia vigilū decretū est ꝙ sermo san
ctor (q̄o ē qđ vltra debui facē vinee mee
ꝛc̄).q.ꝺ.nihil oīm de ptinentib⁹ ad ei⁹ fru
ctificatōnem ꝙ ipsa defecit p seipam.osee
xiij. Perditio tua ex te israel tātummō ex
me auxiliū tuum ꝙ subditur punitō cū dr̄
(auferā sepem eius).i. angelor custodiaz
q̄ aliqñ ab hac custodia se retrahūt ꝺ̄no
iudicio pter hominū malicia vñ in perso
na eor dr̄ Jere.li. Curauim⁹ babilonem
ꝙ nō est sanata derelinquamus eā(ꝙ erit
in direptōnez) p demones ꝙ malos homes
(diruā maceriam ei⁹).i.dirui p̄mittā vir
tutum clausuram(ꝙ erit in conculcatōnē
).s.demonū ꝙ infideliū(nō putabit) falce
correctōnis(ꝙ nō fodiet)fossorio diuini ti
moris(ꝙ ascēdet super eā vepres ꝙ spine)
scilicet multipliciū peccatorum(ꝙ nubib⁹
mandabo ne pluant super eam ymbrem
)subtrahendo fructiferam doctrinā . qđ
iam pro magna parte factum est quia mꝫ
ti doctores catholici ꝙ predicatores .deo
permittente ꝙ dyabolo procurāte magis

ſtudent curioſitati q̄z vtilitati(ve qui diun
gitis)hic arguuntur aliqua mala in ſpēa
li.q primo mala cupiditas poſſeſſionum
q domorum cum dicitur(ve qui diūgitis
domū ad domū ⁊c̄)qđ frequēter otigit in
xp̄ianis p̄cipibus p̄latis q religioſis. et
ſubditur debita pena cū dr̄(niſi dom⁹ mł
te fuerit deſerte ⁊c̄)h̄ eni videm⁹ frequenł
accidere q̄ edificia magna inique cōſtru
cta ꝓpter ruinā ſunt derelicta q poſſeſſio
nes magne deſerte(ve q̄ cōſurgitis)h̄ ar
guitur viciuz carnalitatis q inepte leticie
q patet ſententia.q ſb̄ditur pena cū dicit̄
(p̄opterea tuct⁹ eſt popul⁹ me⁹ captiuus
)dr̄ enim q̄ ante captōnem achon. talia
vicia vigebant ibi.q i alijs locis pluribus
captis a ſarracenis(qz nō habuit ſcientiā
).ſ.p̄actică bñ operandi(q nobiles ei⁹ ite
rierūt fame)in carceri⁹ recluſi(q mł̄titu
do ei⁹ ſiti exaruit)ꝓp̄t labores magnos
q duros a ſarracenis ſibi impoſitos(p̄o
pterea dilatauit infern⁹ animā ſuam)hoc
dr̄ ad ſignificandū damnatoruz mł̄titudi
nem.mat.vij. Lata ē porta q ſpacioſa via
q̄ ducit ad p̄ditōnem.q malti ſunt q̄ itrāt
per eā.q qz ſicut mali puniūtur ita iuſti p̄
miantur ideo ſubditur(q paſcent̄ agni).i
innocentes in paſcua celeſti(iuxta ordinē
ſuum).i.ſm qualitatem meritoꝝ(q deſer
ta in vbertatē verſa aducne omedent).i.
ſcripturā veteris teſtamēti a iudeis q̄tuz
ad intellectū ſanū deſertam.gētiles come
dēt ꝑ ſpūalem intelligentiam. Cōſequēter
arguitur ſup̄bia maloruū xp̄ianoruū cuz dr̄
(ve q̄ trahitis iniquitatē in funiculū vanita
tis)ſup̄bia nāq̄z trahit p⁹ ſe mł̄ta p̄cca ꝓ
pter qđ dicitur inicium omnis peccati vt di
citur eccle.x.(qui dicitis)deridēdo penas
ſcriptas q p̄dicatas pro peccatis reddēn
das(feſtinet q cito veniat q̄ē) peccatores
enim obſtinati nō timent talia(ve qui dici
tis malū bonum ⁊c̄)hoc eni faciunt aduo
cati mali falſas cauſas ſcienł ſuſtinentes.
q legitimas impugnādo(ve qui ſapientes
eſtis in oculis vr̄is ⁊c̄) iſti ſunt nanq̄z do
ctores relinquētes vtilia.q curioſa docen
tes (ve qui potētes eſtis ⁊c̄)iſti ſūt ebrioſi.
(qui iuſtificatis impū ⁊c̄)iſti ſunt iudices
iniqui(p̄opter h̄)hic ponitur pena debita
ꝓ p̄dictis cū dicitur(ꝓpter hoc ſić deus
rat ſtipulā ⁊c̄)qz p̄dicti malefactores ſūt
digni pena infernali. q etiam imitatores
eorum.ideo ſubditur(q germen eorum)
q ſubditur cauſa cum dr̄(abiecerūt enim
legem domini).ſ. euangelicam que tradi
ta eſt immediate a domino ieſu xp̄o ꝓpter
quod multi xp̄iani ab infidelibus grauiť
ſunt afflicti in terra ſācta q alijs locis plu
ribus ꝓut frequenter ſuperius eſt exp̄ſſū
ꝫ quoniam adhuc reſtat maior tribulatō
antixp̄i tempoē futura ſequitur(in his oi
b⁹ non eſt auerſus furor ei⁹ ⁊c̄ q eleuabit
ſignum ⁊c̄).i.eleuari p̄mittet.ſ.ad congre
gandum exercitum antixp̄i de diuerſis p̄
tibus mūdi(q ecce feſti⁹ veniet velociter)
nā in breui tempore vltra humanā eſtiati
onem aggregabitur ſibi multitudo mag
na q ad bellum expedita.ideo ſubditur.(
nō ē deficiēs neq̄z laborās ⁊c̄) Ca. .vi.

IN anno quo mortuus ē rex ozias
⁊c̄) per oziam regem q leprosum
ſignificatur dyabolus de quo di
citur.Job.xli.q ipſe etiam eſt leprosus in
quantum peccatum eius eſt incurabile ip
ſe vero fuit mortuus in chriſti paſſione in
quantum eius poteſtas fuit notabiliter di
minuta ſicut de homine multum deiecto
dicitur q ipſe eſt mortuus q in illo anno
homo chriſtus fuit ad dexteram patris in
celeſtibus aſſumptus q ſic viſus a credēn
tibus per fidem q a beatis per apertaz vi
ſionem.ideo ſubditur(vidi dominum ſe
dentem ſuper ſolium excelſum ⁊c̄ q.plena
erat domus).ſ.celeſtis a maieſtate eius.
nam ciues celeſtes reficiuntur interius in
aſpēu ſue deitatł. q exterioꝝ aſpēu ſue glōſe
hūanitatł.(q ea q̄ ſb̄ ipo erāt replebant tē
plū).i.ſpūſſcus ab ipo p̄cedens ſigno viſi
bili repleuit collegū ap̄lorz.act.ij.Repleti
ſunt oēs ſpū ſco ⁊c̄(ſeraphin ſtabāt ſup il
lud).ſ.tēplū nā angłorz cuſtodia ſtabat ſu
p ap̄lorz collegia vł p tēplū itelligiť eccā
p ſeraphi p̄lati q̄ ſup curā eccē dēnt ſtare
et ñ exterioꝝ euagare(ſer ale vni etc̄)per q̄s
deſignāť eorz motꝰ ad bonū .nā p duas a
las ſup caput erectas ſignificať motꝰ oté
platōis i deū p duas p̄tēſas xł⁹ pedeſ mo
tꝰ compaſſionis ad proximum.q per du
as medias modus debite cōſideracionis
circa ſe ipſum (Et clamabant. alter ad

alterū ꝛ dicebant scūs ꝛc̄)nam excitare mutuose debent ad laudādū deū trinuz et vnum ideo dicit̄ ter sanct⁹ et semel domin⁹ (et ꝯmota sunt supliminaria cardinum a voce clamant.)per supliminaria significātur intellect⁹ ꝛ volūtas supiores anime potēcie. p cardines electio boni et detestacō mali. p vocē clamāt. vox p̄dicatoris p q̄ intellect⁹ et volūtas auditorū moueri debēt ad eligēdū bonū ꝛ d̄testādū malū (ꝛ dom⁹ impleta ē fumo)quia do⁹ cōsciēcie debet impleri fumo penitēcie (ꝛ et dixi ve mihi ꝛc̄.)per ysayā q̄ tacuit donec purgatuz se cognouit. significat̄ p̄dicator qui cōsci⁹ sibi de pcc̄o mortali debz a p̄dicatione cessare. donec purgatus sit vera ꝯfessione. vl̄ saltem contricōne. alr verbum dei tractaret indigne psalm. xlix Peccatori aūt dixit deus quare tu enarras iusticias meas ꝛc̄(exceca cor ꝓpli hui⁹ ꝛc̄.).i. excecandū denūcia si p seueret i malicia ꝓpter quam deus retrahit gratiam suam et sic excecatur mens peccatoris et obstinatur ꝙ debet p̄dicator denūciare populo. vt ꝓplus caueat a tāto malo. et consequēter subditur remediuz et cū dicitur (donec desolate sint ciuitates).i. homines peccatores p amaritudinē penitēcie. et quia sequit̄ ad h̄ bonoꝝ operum fructificatio subditur (et multiplicabitur que derelicta fuerat a deo ꝓpt̄ peccatum (et erit in ostensiōem sicut terebintus ꝛc̄.)nam bona fructificacō peccatoris p penitētiam conuersi. ꝓponitur alijs in exēplū penitēdi vt patz de magdalena

Et factum est i diebus achaz ꝛc̄) p ierusalez significat̄ anima fidelis secūdum sensum moralē in q̄ ciuitate christ⁹ debet regnare. contra eā venit (rasin)q̄ interp̄tatur iniquus .i. nō equus et significat supbiam nam supbus vult alios excedere ꝛ sic refugit eq̄litatem. et (phacee)qui interp̄tatur oris apcio. et signat auariciā vnde auar⁹ dicitur quasi eris auidus et sic os aptū habere dicitur. quia nūquam pecunijs saciatur. et hec duo vicia dicūtur hic ticiōes qꝛ cōcupiscentiā inflāmāt fumigantes qꝛ mentis oculos tanquam fum⁹ excecant et caudas habētes quia post se alia vicia trahūt. de supbia namqz dicit̄. ecc̄i. x. Inicium omnis peccati superbia. et de auaricia .i. thi. vi. Radix omnium maloꝝ est cupiditas (p ysayam) vero dictam ciuitatem assecurantem. predicator significatur veritatis et dans pro signo liberationis concepcionem ꝛ natiuitatem spiritualem christi in hominibus bone voluntats per(achab)vero recusantem signuz significatur peccator obstinatus in malo De bello vero viciorum contra ierusalez moralem dicit. Bernar. super Missus est venit auaricia et vēdicat in me sibi sedez iactancia cupit dominari. superbia vult mihi esse rex. luxuria dic̄ ego regnabo de iudicio inuidia ꝛ iracūdia. certant in me met ipso de me ipso cuius potissimum esse videar ego quantum valeo resisto. renito quantum iunior dominum meum ihesū reclamo et dico. nō habeo regez nisi ihesum(In die illa sibilabit dominus musce et cetera). Per muscas et apes pungentes significantur contentiosi et detractores ꝛ qui dicuntur hic requiescere(in torrentibus valliuz)quoniam sunt impetuosi significant domos potentum (et in cauernis et foramibus) i. in domibus claustralium (et in omnibus frutectis)q̄ sunt parua nemora propter qd̄ significant habitationes vulgarium. in omnibus eni istis locis vigent vicia contentionis ꝛ detractionis et subditur dictoruz viciorum punitio cum dicitur (in die illa radet domus et cetera)id est grauiter puni et predicta vicia in maioribus qui per caput significantur et mediocrib⁹. qui per barbā et minoribus qui per pilos pedum intelliguntur. ¶ In die illa) hic describitur modus viuendi bonorum cum dicitur(in die illa nutriet homo.).i. rationabilit̄ viuens (vaccam boum).i. corp⁹ suū nō ad luxuriādū ꝫ seruiēdū dño ꝑm statuz suū(et duas oues) s. intellc̄m pablo sacre scripture et volūtatē celestiū degustatione q̄ꝫtū ptinet ad statum p̄sētis vite (et p̄ vbertate lacti.).i. diuie ꝯsolatōis(ꝯmedit butiꝝ .i. sēciet excellētē suauitatē celestiū

Et dixit dñs ad me ꝛc̄ sume t̄ libꝝ grādē)h̄ dicit̄ doctori theologie ꝛ auditori q̄ dēret accipe bibliā q̄

grandis est liber multitudine verborũ et grandior profũditate sẽtenciaruz (et scribe in eo stilo hõis) exponẽdo lucide ⁊ clare (accelera spolia detrahere ꝛc.) studiuz enim sacre scripture ad h̃ ordiari debet vt diabolus spolieť animabus quas decipit sed quia multi recusãt hũc modum docẽdi recurrẽdo ad doctores curiosos et iuti les sequitur (pro eo ꝙ abiecit popul⁹ iste aquas syloe que currũt cum silẽtio).i. modum docẽdi moralẽ et sine ostẽtacione (assũpsit sibi magis rasin) q̃ interp̃tatur variãs eos.i. doctorẽ ꝑ varias ⁊ dubias doctrinas discipulos variantẽ) et filiũ romelie) qui interp̃tať magister frãgens laborantes.s. ꝟborũ extraneorum multitudie ꝓ sua ostentacõe (adducet dñs).i. adduci ꝑmittet (aquas flumis fortes) i. doctrinas erroneas a diabolo excitatas q̃ per regẽ assiriorũ designať ideo subditur (regem assiriorũ ꝛc.) sed quoniã veritas p̃ualet ideo sicut veritas fidei p̃ualuit tẽpore arrij et aliorũ hereticorũ ita p̃ualebit i futuro ꝑ dei gratiã ido subdiť (cõgregami et viciminiꝛc̃) i. vos doctores ꝑuersi per dei gratiã eritis confusi sed quia de⁹ ex h̃ debet laudari seq̃tur (dñm exercituũ).i. angelorũ (ipsuz sanctificate ꝛc.).i. laudate et timete (et erit vobis in sanctificatiõz).i. vos ɔfirmãs in sc̃itate (in lapidẽ autẽ offensionis duab⁹ domibus israel ⁊ habitãtibus in ierusalem) ꝑ duas domos possũt itelligi clerici et laici ꝑ habitãtes ierusalem religiosi deſtatibus eni istis plures cadẽt erroribus decepti maxie tẽpore antichristi nõ tamẽ omnes ido subdiť (⁊ offendẽt ex eis plurimi) (liga testiõniũ) qm̃ cõtra mala futura maxie tẽpore antixp̃i ꝑ predicatores muniẽdi sũt simplices xp̃iani ideo diciť cuilibet p̃dicatori liga testimoniũ.s. apostolorũ q̃ per orbem facti sũt testes xp̃i act.i. Eritis mihi testes i ierusalem et in iudea et samaria et vsque ad vltimũ terre (signa legẽ) euãgelicã (in discipulis meis).i. in veris xp̃ianis et subditur eorũ responsio (expectabo dominũ) ad iudicium vẽturum (qui abscondit faciem suam a iacob).i. populo iudaico et subditur in persona predicatoris (ecce ego et pueri mei).i. fideles a me edocti (in signum ꝛc.).s. christi ad iudiciũ vẽturi et qm̃ circa tẽpus antixp̃i surgẽt multi prophete falsi vt habeť math.xxiiij.iõ sequiť (et cũ dixerint ad vos q̃rite a phitonibus et dinis ꝛc.) nolite credere sed ꝟbis dñi ⁊ apostoloꝝ ideo subdiť (ad legẽ magis et testionium) supple est recurrẽduz (ꝙ si ñ dixerit).i. fecerit (iuxta verbum h̃).s. recurrẽdo ad verba xp̃i ⁊ apostolorum (nõ erit in eis matutia lux).s. gratie per q̃ꝫ in nobis oritur sol iusticie (et cum esuriẽit).s. credẽs falsis ꝓphetis propter defectuz vere doctrine (maledicet regi suo) xp̃m blasphemãdo (et aspiciet sursuz ꝛc.).i. ex nulla ꝑte habebit auxiliũ sed ineuitabile tormentum

Capi. viiij.

Primo tẽpore alleuiata ꝛc.) h̃ literaliter exposui de credẽtibus ad predicacionẽ xp̃i quorũ aliqui ab ea recesserũt Moraliter autez potest exponi de religionẽ intrantibus quorũ aliqui ibidem proficiunt et aliqui deficiunt vnd̃ dicit augustinus sicut non inueni meliores ill' qui i mõsterijs ꝓfecerũt ita nõ iueni detẽiores hijs q̃ i eis d̃fecerũt Hec igiť lr̃a mixtim exponiť de istis ⁊ de illis et quantũ ad ꝓficiẽtes diciť p̃mo tp̃e.i. i p̃ncipio ꝓfessiõis (alleuiata ẽ t̃ra zabulon) q̃ interp̃tať hitaculũ pulchritudis iõ per t̃rã zabulõ significãť illi q̃ ꝑ pulcritudiẽz ɔsc̃ie d̃o p̃ꝑant hitacl'z pulchꝝ cord̃ (et t̃ra neptali) q̃ int̃p̃tať dilatatõ ꝓpť ꝙ ꝑ t̃rã neptali significãť illi q̃ dilatãť i opib⁹ boĩs ꝑ h̃ igiť ꝙ diciť (p̃mo tp̃e alleuiata ẽ t̃ra ꝛc) significať ꝙ isti i ꝓfessione alleuiãť a pondere t̃renoꝝ ꝑ votum volũtarie pauꝑtať. (⁊ nouissio aggrauata ẽ via maris) ꝑ mare tumltuosũ signnificať p̃sens scl'm iõ via maris ad q̃ꝫ nouissio reuertũť deficientes in religione per apostasiam. vl' in habitu religionis ducentes vitaz secularem qd̃ notatur cũ subditur (transiordanem galilee gencium) galilea namque volubilis interpretatur ex volubilitate mentis eni procedit ꝙ tales a bono ꝓposito sic mutantur (populus qui ambulabat in tenebris) scilicet peccatorum ante religionis ingressum (Vidit lucem magnã) ingrediẽdo et ꝓfitendo ꝑ ispira

cionem diuinam (habitātib⁹ in regione vmbre mortis ꝛc̄)repeticō est eiusdez ad maiorē exp̄ssionem (multiplicasti gentez).s.religiosam sed quoniā aliqui deficiūt vt dictū est .ideo subditur de malis (non magnificasti leticiam)et de bonis subdit̄ (letabūtur coram te)spirituali deuociōe (sicut qui letantur in messe)ex bonorum fructuū collectione (sic̄ exultant victores)de mūdo dyabolo carne triumphantes .ideo subditur (iugum enim oneris eius).s.carnis aggrauātis (ꝛ virgaz humeri eius).i.mūdi q̄ humeris seruoruz suorū imponit graue iugū (et sceptꝝ exactoris eius).i.demonis de quo dicit̄ iob.xli. ꝙ ipse est rex sup̄ om̄es filios superbie (superasti sicut in die madian).i.diuia virtute sic̄ madian fuit sup̄atus a gedeone .iudicū.vij.ideo subditur (p̄uulus enim nat⁹ est nobis).i.christ⁹ cuius virtute dyabolus est sup̄atus (et vocabit̄ nomen eius admirabilis)facit enim mirabilia in bonis religiosis eos de t̄renis celestes faciēdo (ꝯsiliarius)eos ad cōsiliorū obseruāciā inducendo (deus fortis)paciētiaz in aduersis p̄bendo (pater futuri seculi)filijs carissimis bona futuri seculi reseruando (princeps pacis).s.triplicis quia dat pacē cōsciencie internaz .et cum ꝓximo pacem fraternam.et finaliter pacem glorie sup̄nam (mltiplicabit̄ eius imp̄iū).s. in mltiplicacione sanctorū (zel⁹ domini exercituū faciet h̄).i.ei⁹ caritas ad gen⁹ hūanum ¶ Verbū misit ꝛc̄) residuum hui⁹ capl̄i exponitur ad litterā de deiectione regni israel p̄ qd̄ eccl̄ie deiectio a statu virtutis mistice designatur.cū dicitur (verbū misit domin⁹ in iacob).i.contra iacob q̄ supplātans interp̄tatur ideo per iacob principes ꝛ p̄lati sup̄bi q̄ cōculcant sb̄ditos significātur (et cecidit in israel) .i.contra doctores vanos qui doctrinam vtilem antiquorū ꝯtēnunt et nouitates i utiles ad sui iactāciam anteponūt . ideo subditur(in sup̄bia et magnitudine cord̄ dicētes .lateres ceciderūt ꝛc̄.).i.doctores qui p̄cesserūt .respc̄u nostri rudes fuerūt sicut lateres respc̄u lapidū quadrorū (et sicomori)respc̄u cedrorū parū valent (ꝛ eleuabit domin⁹ hostes rasin)q̄ interpretatur varietas et significat q̄rētes opiniones varias ꝛ nouas ad sui ostētacōz (vertet syriā ꝛc̄.) syri int̄p̄tantur sublimes et philistijm cadētes ꝛ vtraqꝫ interp̄tacō cōgruit demonib⁹ q̄ p̄ sup̄biā sublimes sūt tamē de celo empyreo ceciderūt(ꝛ deuorabūt israel toto ore)qꝛ demōes sup̄bi incorporāt sibi sup̄bos ecc̄e(et ꝓpl̄us nō est reuers⁹ ad p̄cuciētē se).i.ad deuz p̄ penitēciā q̄ p̄misit talē percussiōez (ꝛ disp̄det dn̄s ab israel).i.a ꝓpl̄o christiano (caput ꝛ caudā).i.malos p̄icipes ꝛ p̄latos.ꝛ obsequētes eis et qm̄ ista cauda deprauat eos adulacōib⁹ suis et icuruat eos a rectitudie racōis .ideo subdit̄(et incuruātē et dep̄uātē)et vtriqꝫ erūt p̄cipites i fossā inferni(ꝓpter h̄ sup̄ adolescētulis ei⁹ nō letabit̄ dn̄s ꝛc̄.)nam subditi mala sup̄iorū imitant̄. Gre.i pastl. Cū pastor p̄ abrupta gradit̄ cōsequēs ē vt ad p̄cipiciū grex seq̄tur.ido seq̄t̄(quia omis ipocrita ꝛc̄) ꝛ sb̄dit̄ obstinacō cū dicit̄ (in omib⁹ hijs ꝛc̄) sequit̄(ꝛ ꝓpl̄us nō ē reuers⁹ ꝛc̄.) ꝓpter ꝙ sequit̄ pena (succēsa est enim quasi ignis impietas) .i.igni gehēne deputata

lomō ſciebat eſſe dictum deut. xvij. q̄ fr
ſrt non debebat ſibi multiplicare equos
nec in mēſa pondera auri ⁊ argēti ne per
hec in ſuꝑbiam eleuaretur. nec acciperet ſi
bi vxores alienigenas ne per hoc a dī cul
tu auerteret ⁊ ipſe ꝓſumens de ſua ſtabili
tate virtutis. cōtrarium fecit ꝓpt̄ qō deo
permittente turpiter lapſus fuit. et ſimile
cōtingit multis qui de ſua virtute nimis
confidētes fedant enormiter pctis. vñ di
cit Jheronim⁹ ad nepocianū. nō in prete
rita caſtitate cōfidas nec eni ſamſone fo
cior cē potes. nec dauid ſanctior. nec ſalo
mone ſapiēcior memēto ſemꝑ q̄ paradi/
ſi colonū de ſua poſſeſſiōe mulier eiecit ⁊
ſimilit̄ contingit de alijs vicijs hominibus
preſumptuoſis qui occaſiones cadēdi ne
gligunt euitare.

Capitulū. xxxij.

Et factum eſt in duodecimo āno
ꝛc̄) ſcribit ezechiel ꝓpheta ex p̄cep/
to domini planctum aſſumit ſu/
per deiectōem regis egipti Moraliter aūt
per regem egipti racōne dignitatis regie
ſignificari pōt homo magnus in ſcia vel
virtute q̄ ex donis gratuitis nimis erigit
⁊ ſic deo ꝓmittente ⁊ diabolo ꝓcurāte in
enormia vicia labitur ⁊ talis caſus ē mul
tum plāgendus. tum ratōne ꝓſone. tum
racōe ſtatus ⁊ ratione grauitatis culpe
qui ex his aggrauatur. quia quāto ſtat⁹
eſt altior tāto eſt culpa grauior ⁊ per ꝺſe/
quēs pena ſequēs. Jtē plāgend⁹ eſt ꝓpter
ſcādalū multoꝝ. occaſionē ruine ex h̄ ac
cipientiuꝫ et ꝓpter ſtatus infamiā ⁊ ꝓpt̄
demonū leticiam qui magis letantur de
deiectōe modica ꝓſone talis q̄ō multis
⁊ maiorib⁹ malis in alijs ꝓſonis. Vñ re
fert Gregori⁹ in dialo. q̄ quidā iude⁹ trā
ſiēs per lombardiā nocte ſuperueniēte in/
trauit quoddā antiquū edificiū factū an/
tiquitus ad ydoli cultum ⁊ circa mediā
noctem venit turba demonuꝫ inter quos
vnus ſedebat quaſi princeps querēs a ſin
gulis quid feciſſent ⁊ illis referētibus diſ
ſencōnes homicidia ⁊ alia mala que pro
curauerant ille videbatur parum curare
Tunc vnus dixit ſe frequentaſſe domum
ciuiuſdam epiſcopi deuoti ⁊ eum tentaſſe
de quadam muliere deuota ibidē manē/
te ⁊ ad hoc dictum epiſcopum adduxiſſe
qō die precedenti terga mulieris percuſ/
ſerat blandiendo. tunc ille princeps ince/
pit illum cōmendare ⁊ eum inducere ad
proſequēdum quod incepat quouſq̄ ne/
gocium ꝓfeciſſet.

Capitulū. xxxiij.

Et factum eſt verbum domini ad
me dicens ꝛc̄.) ſequitur (Terra
cū induxero ſuper eam gladium
et tulerit populus terre virum vnum de
nouiſſimis ſuis ⁊ conſtituerit eum ſuper
ſe ſpeculatorem ꝛc̄.) Moraliter per ſpecu/
latorem iſtum intelligitur ſuperior in ſpi/
ritualibus aut in temporalibus per elec/
tionem inſtitutus qui debet eſſe de nouiſ/
ſimis Nouiſſimū autem dupliciter accipi
tur aliquādo pro ſuperiori quod eſt nouiſ
ſimuꝫ in aſcendēdo. aliqñ ꝓ inferiori qō
ē nouiſſimū in deſcēdēdo vtrūq̄ ꝫo cōue
nire debꝫ prelato ſecꝫ vt ſit inferior per hu
militatem exemplo chriſti dicentis Luce
xxij. Ego autem in medio vr̄ꝫ ſum ſicut
qui miniſtrat ⁊ ſuperior alijs quantū ad
virtutem quia ponitur medius inter po/
pulum ⁊ deum (cecinerit bucina) annun
ciando diligenter virtutes ad proſequen/
dum ⁊ vicia ad fugiendum. penas ad ti/
mendum ⁊ premia ad deſiderandum. Et
ſi negligens fuerit culpandus eſt ⁊ puni/
endus Etſi diligens fuerit commendan/
dus ⁊ premiandus ⁊ hec patent ex textu.
debet eciam conſolari deſperantes quod
notatur ibi (Tu ergo fili hominis dic ad
domum iſrael ꝛc̄.) ⁊ ſubditur (dic ad eos
viuo ego dicit domin⁹ deus nolo mortez
impij ſed vt conuertatur ꝛc̄.) debet eciaꝫ
reprimere blaſphemantes quod notatur
ibi (et dixerunt filij populi tui. non ē equi
ponderis via domini) flagellati nāque a
deo iuſte. ⁊ hoc per ſeipſum vel per mini/
ſtrum ſuum ſcꝫ iudicem iuſtum cōmuni/
ter tamē dicunt ſe grauatos eſſe vltra de
bitum q̄ō tñ eſt falſum. ⁊ hanc falſitatez
debet predicator oſtendere ⁊ arguere. nā
eſt quedam blaſphemia iuſticie diuine. (
Et eſt in duodecimo anno) ſequit̄ (venit

ad me q̄ fugerat de ir̄m.d. vastata est ci
uitas) p̄ istum q̄ fugit ad ezechielē signi/
ficatur ille qui ōsiderās pricula vite p̄sen
tis refugit ad consiliū prudentis ⁊ boni
confessoris qui debet ipsum in domio cō
solari ⁊ q̄ßtum potest in bono ꝓposito ro
borari Jō̄o subditur in p̄sona ofessoris(
⁊ apto ore non silui amplius) scz a bois
exhortacōnibus.ꝯ de illis qui nō timent
pricula ꝓpter quod nō refugiunt ad consi
lia bona.subdit̄(fili homis q̄ habitant i
ruinis).i.in occasionib⁹ pc̄ōrum illi sup
ple ruunt de peccato in peccatū p̄sumen/
tes saluari sine meritis eo q̄ susceperunt
baptismi sacramentū.ideo de ipsis subdi
tur(loquētes aiunt vnus erat abrahām
⁊ hereditate possedit terrā) p̄ abrahaz q̄
pat̄ multarū genciuz inter p̄tatur homo
x̄pus significat̄ qui iam possidet terram
viuenciuz ⁊ qz baptisati dicūtur eius filij
Jō̄o dicūt terram viuēcium sibi deberi li
cet sint mali dicētes qō subdit̄(nobis da
ta est terra)ꝯ hec falsitas reprobat̄ cum
subdit̄(dices ad eos qui in sanguie come
ditis)de rapia viuēdo(⁊ oculos vestros
leuatis ad immūdicias)impudice respi/
ciēdo(⁊ sanguinē fundetis)in nocētes oc
cidēdo(nunq̄d terraz)scz viuēciuz (here
ditate possidebit.)quasi dicat ñ ꝯ magl.
terrā tenebraz.s.infernū. Ca.xxxiiij.

ET factuz est verbū domi ad me
dicēs fili homis ꝓpha de pastori
b⁹ israel)scz malis i̊o subdit̄(ve pastori
b⁹ rc̄)p malos pastores iud̄oz mistice si/
gnificant̄ mali p̄rincipes ⁊ p̄lati x̄piano/
rū.de quib⁹ d̄r(qui pascebāt semetipsos.
)nimis carnalit̄ ⁊ pompatice viuēdo(lac
comedebatis)p carnalitatē exquisitā (⁊
lanis opiebamini)p excessiuū appatum
exteriorē(qō crassum erat occidebatis)
diuitib⁹ imponēdo crimina ad rapiendū
eoz tpalia bona(qō infirmū fuit)p ꝓpi/
tatem ad peccādū(nō dsolidastis)firmā
do exhortacōnib⁹ vr̄is in bonuz(⁊ quod
egrotū)p culpam(nō sanastis) inducen
do ad pēitēciaz(qō fractū ē)p impaciēci
am(nō alligastis) p debitā dsolacōem(
quod abiectū est)p excōmunicacōez(nō
reduxistis)p curando coz absolucōnem
(⁊ qō p̄ierat)p desperacōez(nō q̄fistis)
reducendo eos ad spem salutis.affirma/
cōes aūt otrarias negacōib⁹ istis faciūt
boni p̄lati in spūalibus ⁊ boni p̄rincipes
in tēpalibus subditur adhuc de mal̄.(
ꝯ cum austeritate impabatis)dando af
flictōem afflictis(⁊ dispse sunt oues mee
).i.x̄piani p̄ diuersa vicia ꝓpter defectuz
boni regimis.ideo subdit̄(eo q̄ non essz
pastor)nō eni p̄latus vel p̄rinceps mal⁹
potest dici pastor ꝯ magis lupus(⁊ facte
sunt in deuoracōem omniū bestiarū).i.
demonū qui potestatē accipiūt sup hoies
ꝓpter deuia vicioz ⁊ subditur pena ma/
loz pastorum ibi(ecce ego ipse sup pasto
stores requirā)scz penā debitā interēdo.
(hec dicit dñs deus ecce ego ipse req̄raz
oues meas ⁊ visitabo eas rc̄) Istuo vsq̄
ad finem capituli l̄r̄aliter exposui de prio
aduentu dñi nostri ih̄u x̄pi.ꝓpter q̄d de
alia expoſicōe spūali supſideo quo ad p̄/
sens.

Capi.xxxv.

ET fcūs est p̄mo dñi ad me dicēs fili
homis pone faciē tuā aduersuz mō
tēz seyr rc̄.)denūciādo deuastaciōez ei⁹ p
mōtez significat̄ terrena potestas.p seyr
q̄ interp̄tat̄ hispid⁹ intelligit̄ feritas ⁊ iste
due odicōes freq̄ter in eodē hoie diūgū
tur cui⁹ destructō cā duplici nunciat̄.p
ma ponit̄ cū d̄r(eo q̄ fuerit inimic⁹ sem/
piternꝰ rc̄)ad l̄r̄am ydumei descēdētes d̄
esau q̄ alio noie d̄r seyr sp̄ inimici fuerūt
ꝓp̄li isr̄l̄ fit̄ esau ipse⁹ iacob ⁊ eodē mō po/
testas terrena crudelitati diūcta sp̄ d̄ser
uiētib⁹ q̄ p̄ isr̄l̄ significant̄ ē inimica ⁊ sb̄
dit̄ pena(ꝓterea viuo ego dicit dñs de⁹
q̄m sanguini tradā te).i.demoni de q̄ d̄r
Jo.viij. Ille homicida erat a p̄rincipio.se/
cūda causa ponit̄ ibi(eo q̄ dixēis due gē
tes ⁊ due t̄re mee erūt rc̄)ad l̄r̄az ꝯ dice/
bāt ydumei de iuda isr̄l̄ p̄ q̄s mistice sig/
nari p̄nt due religiōes in generali q̄ hūt
possessiones scz monachi ⁊ canonici r̄gu
laēs quoz tēpalia bona freq̄ter vsur
pare nitit̄ vt sua terrena potestas crudeli
tati diūcta eo q̄ a p̄decessorib⁹ suis fuert
monasteri̊s donata qō tamē est falsum
qz sicut p̄ venditōez vel donacōez homi
nē fcāz mōsteri̊s qz fit p̄rincipaliter ipi d̄o iō
sb̄dit̄(cū dñs eēt ibi).s.p̄rincipal̄ possessor

ꝙ istorum potentum crudelium pena con
cludit in fine capituli cum dicit (dissipa/
tus eris mons seyr et ydumea) omes ta
les enim dissipātur in morte p separacōem
anime a corpe et tūc caro traditur vermi
b⁹ corrodēda ꝙ anima demonib⁹ crucia
da.

Capitulū.xxxvi.

TU autez fili hominis ꝛc) Superi
us ezechiel ꝓphetauit iudeis aspe
ra. hic ꝓphetat cōsolabilia ꝙ hoc
ꝓpter duo scz ad revelandū cor miseriā
ad tollendū diuini nomis blasphemiā. Tir
ca primū sciendū ꝙ iudeorum nomē ꝑm
veritatē significatī translatū ē ad xp̄iano
rū gentē Rō.ij. Non eni qui in manifesto
iude⁹ est neqz que in manifesto in carne ē
circumcisio. seo qui in abscondito iude⁹ ē
ꝙ circūcisio cordis in spiritu nō litera. igi
tur p afflictionē iudeorū sub monarchia
caldeorum fuit mistice significata christia
noꝝ afflictio sub monarchia romanorum
vnde ꝙ roma figuralit babilonia nomia
tur p. Dec. v. persecutio vero xp̄ianoꝝ in
cepit a tempore Neronis vsqz ad tempora
Constātini qui xp̄ianoꝝ afflictōem rele/
uauit ponēs edictum vt si quis molestiaz
inferz alicui xp̄iano grauit puniret. igit
de hac releuacōe exponitur mistice quod
dicit per ꝓphetā (super mōtes isrl) id ē su
per p̄latos ꝙ principes xp̄ianos et posita
breuiter afflictōe xp̄iana que precessit Cō
stantini tempa cū dicit (eo ꝙ dixit inimi
cus de vobis euge altitudines sempitne
ꝛc.) vocabāt tyranni ꝙ eoꝝ ministri yro
nice tamē catholicos altitudines sempit
nas eo ꝙ contenebant trāsitoria ꝙ predi
cabāt celestia ꝙ eterna quā predicatiōem
friuolam reputabāt. ꝙ fideliū subdit con
solatio cum dicit infra (idcirco vaticinaē
sup humū isrl ꝙ dices montib⁹ ꝙ collib⁹
ꝛc) per iuga que sunt capita monciū itel
ligi possunt ep̄i quorū status est summus
in eccla dei cum sint apostolorū succesſo/
res. Per montes vero sacerdotes curati
qui sunt sub ep̄is. p colles vero religiosi ꝙ
per valles simplices xp̄iani de statib⁹ siu/
is multi fuerūt afflicti p Neronē ꝙ alios
tirannos sequētes. aliqui per mortē. aliq̄
per exiliuz ꝙ aliqui p seruitutē que ē moꝛs
ciuilis ꝙ alijs modis plurib⁹ sicut ptz ex
sanctoꝝ gestis. ideo subditur (p eo ꝙ de
solati estis) ꝟ a tempore Constātini valde
sunt honorati. ideo subdit (vos autē mō/
tes isrl ramos vr̄os germinetis) p dilata
cōez fidei xp̄iane (ꝙ fructū afferatis ꝓpo
meo) pascentes ipsum verbo ꝙ exemplo et
quantum ad pauꝑes tēporali ꝛ̄bsidio (Et
polluerūt nomē sanctū meum ꝛc.) hic po
nitur secunda causa dicte releuacōis que
fuit vt xp̄i blasphemia tolleret. Circa qđ
sciendū ꝙ christianoꝝ qui fuerūt tempoē
tir annoꝝ aliqui fuerūt mali ꝙ eoꝝ ma/
liciam gentiles retorq̄bant in christuz eo
ꝙ talem populū elegisset ꝙ hoc notat cuz
dicit ꝙ polluerūt nomē sanctū meum cuz
diceret de eis (popul⁹ dñi iste est). s. yrōi
ce ad significandū ꝙ non essent populus
domini seo magis dyaboli. alij erāt val/
de boni p fide xp̄i grauissima sustinētes.
ꝙ de illis dicebāt aliqui gentiles ꝙ xp̄us
non poterat eos liberare vt ptz in legen/
dis pluriū sanctorum ꝙ ad istas ꝙ consi
miles blasphemias tollendum. subleuati
sunt xp̄iani p Constātinū. idō subdit (et
peperci nomi sancto meo) ꝙ quod subdit
post (ꝙ sanctificabo nomē meum sanctuz
quod pollutum est)

Capitulū.xxxvij.

FACTA est super me manus domi
ni ꝛc) In hoc capitulo litteralit
intellecto significat subleuatō iu
deoꝝ per visionē ꝓphete significata ꝙ per
eandē visionē mistice potest intelligi ꝛ̄ble/
uatio populi xp̄iani ad cognitōez ꝙ amo
rem dei. idō ꝛ̄bditur facta est sup me ma
n⁹ qz talis eleuatio fit ꝑ virtute spūssancti (et
dimisit me in medio cāpi) p campū q̄ est
locus segregatus a tumultu secularīū sig
nificat religio sicut claustrū. ideo subdit
(qui erat plenus ossibus mortuoꝝ) religi
osi nāqz mūdo mortui debēt esse (erāt au
tem multa valde siccaqz vehemēter) q̄a
religiosi pre ceteris debēt esse ab humidi
tate voluptatis carnalis desiccati ꝙ ꝛ̄bdi
tur (ossa aryda audite verbū domini) illi
nāqz qui sunt desiccati a carnalis volup/
tatis cupiditate sunt dispositi ad p̄cipiē/
dum veritatem revelacōis diuine ysa. xxi
iij. Quē docebit sciēciam ꝙ quē intellige/
re faciet auditu⁹ ablactatos a lacte anul

sos ab vberibus id est carnalibus volup
tatibus (ecce ego intromittā in vos spm̄
).i.gracie augmentum (⁊ dabo sup̄ vos
neruos) id ē fortitudinē constācie (⁊ suc/
crescere faciā sup̄ vos carnes) id ē teneri
tudinem misericordie (⁊ extendaz in vob̄
cutem desup̄) cōuersacōnis honeste (Et
dabo vobis spm̄.ꝛc̄.) repeticō est eius qd̄
dictum ē ad maiorem assercōnem (⁊ scie
tis q̄a ego domin⁹) per mee bonitatis ex
periēciam. sequitur (⁊ spm̄ non habebāt
) scz ex se ꝓpter quod ꝯsequēter ostēditur
vnde cum d̄r (a quatuor ventl. venit spūs
) id ē a quatuor orbis ꝑtibus ꝑ quas sig/
nificant̄ quatuor xp̄i misteria ꝑ que vēit
in bonis homib⁹ spūssanct⁹ scz eius nati/
uitas que d̄r oriens. ⁊ eius passio que est
occidens. ⁊ eius ascensio que ē austrum.
ꝓpter lucis ⁊ caloris augmentū. ⁊ ei⁹ ad
uentus ad iudicium qui dici potest aq̄lo
eo ꝙ ex consideratōne ipsius ꝓuenit tio/
ris spūs. (Et factus est sermo domi ad
me dicens ⁊ tu fili homis sume tibi lignū
vnuz ꝛc̄.) ꝑ Ezechielē cui dictum ē sup̄.3.
capl̄o. Speculatorē dedi te domui israel
signatur bonus p̄latus stans iugiter sup̄
custodiā domi ꝑ duo ligna in manu sua
ꝯiungenda sicut d̄r post (⁊ erunt in vni/
onē in manu tua) signari possunt sciēcia
⁊ bona vita que in prelato debent esse iū
cta. Nam sciencia sine vita parum aut ni
hil reputatur Gregori⁹ omel. xxxviij. Cu
ius vita despicitur restat vt eius predica/
cio contēnatur. vita vero sine sciencia de
facili potest errare. id̄o dicit Jheronim⁹
in epl̄a ad paulinū. Sancta quippe rusti/
citas solum sibi ꝓdest ⁊ quātum edificat
ex vite merito eccl̄am xp̄i tantuz nocet si
destruentibus nō resistat. ꝫ vtrūqꝫ simul
iunctum multū fructificat ipsi p̄lato ⁊ po
pulo sibi sb̄iecto.

Capitu. xxxviij.

Et factus ē sermo domi ad me di
cens. fili homis pone faciē tuam
cōtra gog ⁊c̄) Capitulū istud lit/
teraliter exposui de ꝑsecucōne futura an
tixp̄i. dicit̄ autē. i. Johā. iiij. Omnis spūs
qui soluit ih̄m ex deo nō est. ⁊ hic est āti/
xp̄s Inter autem alios hereticos Arrius
videtur magis ipsum soluisse negans ei⁹
deitatem asserēs verbū esse creaturā Si
militer soluit humanitatez negans xp̄m
habere animā humanā ⁊ asserens locuz
anime ip̄m verbum tenere. id̄o s̄m sentē
ciam beati Joh̄is debet antixp̄s nomia
ri ip̄e vero int̄ alios hereticos maxie ꝑse
cutus ē eccl̄am. tum q̄a plures ⁊ forcioēs
habuit sectatores. tum qꝛ ꝑsecut⁹ ē eccle
siam nō soluz verbis ꝫ eciā gladijs adhe
renciū sibi. vt describit̄ in cronica Jhero.
⁊ Rufinus dicit eo tempe Lucius arria/
ne ꝑtis ep̄us post fugas ciuium ⁊ exilia
pt⁹ cedes ⁊ tormenta flāmasqꝫ quib⁹ in/
numeros ꝯdemnauit ad monasteria fu/
roris sui arma conuertit. vastat heremū
⁊ bella quiescentibus indicit tria milia si
mul vel ampli⁹ viros per totam heremū
secreta ⁊ solitaria habitacōne dispersos
oppugnare parat⁹ est aggredi. transmit/
tit armatam eq̄tum peditumqꝫ malum
⁊ illi ecōtra gladijs obiectabāt ceruices
⁊ nihil aliud dicebant. nisi amice ad q̄d
venisti. Ideo sb̄ditur (ecce ad te gog) id ē
ad te arri (p̄ncipē capitis mosoch ⁊ thu
bal) ꝑ populos hic ⁊ inferius exp̄ssos. si/
gnificant̄ populi ab arrio ⁊ eius sequaci
bus decepti De quorū multitudine dicit
Jhero⁹. ⁊ habet̄ in decretl. xxiiij. q̄.3 ca.
Secande. Arri⁹ i alexandria vna scintil/
la fuit ⁊ q̄a non cito fuit oppressus ei⁹ flā
ma totum orbē depopulata ē Id̄o seq̄tur
post (in die illa ascendent s̄mones super
cor tuuz ⁊ cogitabis cogitacōez pessimā
⁊ dices ascendā ad terram absqꝫ muro)
Arri⁹ enim ⁊ sui discipuli erant instructi
ph̄ia. catholici vero erāt simplices i solo
dn̄o ꝯfidentes ꝓpter qd̄ arrius credebat
eos sibi resistere nō posse sicut ciuitas abs
qꝫ muro resistē non pōt exercitui forti et
magno. Id̄o subdit̄ (vt diripias spolia ⁊
inuadas predam ꝛc̄) id est defensiōes ca/
tholicorum annihiles s̄m estimacōnem
tuam vt eos inducas ad tuum errorem.
Cetera vero defacili possunt ad proposi/
tum applicari.

Ca. xxxix.

Tu autē fili homis ꝛc̄.) Capitulū
istd̄ lr̄alit̄ exposui de morte anti
cristi ⁊ destructōne exercitus sui
Moraliter autem potest exponi de ma
la morte Arrij et sue secte destructione.

cōtinuā

continuando ad capitulum precedēs. sic ergo dicit (vaticinare aduersus gog) id ē aduersus arrium (et circū agaz te et reducam te) arri⁹ eni in principio ꝑpter ei⁹ obstinatōem meroze suo fuit in exiliū miss⁹ ꝙ postea ad ꝑsuasionē cuiusdā presbiteri de sua secta fuit ab impatoze reuocat⁹ vt dicit vincencius in speculo histoziali et sic fuit ductus in exiliū et reduct⁹ (et ascēdere te faciā) ꝓmissiue tamē (de laterib⁹ aq̄lonis) id ē ex persuasiōe dyaboli ꝑ aquilonem significati eo ꝙ dicit Jhere. ꝑ. Ab aquilone pandet oīe malū. Tunc eni arrius fecit maxima mala eccl'am subuertēdo ꝑ parte magna sic dictuz est sibi (et adducam te sup montes isrl') ad disputādū cum malozib⁹ catholicis quos credebat statim cōfutare rōnibus phisicis ꝙ nō fecit ideo seq̄tur (ꝑcuciam arcum tuū ꝛc.) qz dum arrius multitudie populoz fret⁹ ire vellet ad disputādum pri⁹ diuertit ad locum secretū et ibi emisit sua cū fecib⁹ intestina qō audientes sui fautozes confusi turpiter recesserūt (sup mōtes isrl' cades tu et agmina tua) sicut eni arri⁹ turpiter fuit cōfusus sic et sectatozes sui. vnde dic. Rufin⁹ ꝙ in disputacōe catholicoz cum arriāis erat vn⁹ de parte arrij valde eloquēs et litterat⁹ qui catholicoz̄ dicta celeriter et faciliter exufflabat. tunc q̄dam catholicus valde simplex pecijt locum loquēdi quē cum obtinuiss3 tamē cum difficultate ꝑpter suā simplicitatē. sic incepit in nomi dñi ihū christi audi pbice q̄ xp̄a sūt deus vnus est q̄ omnia q̄ vident virtute verbi sui creauit. et spūs sui sanctificatōe firmauit. hoc verbum quē nos filium dei dicim⁹ humanos miserat⁹ errozes ex virgine natus est et morte sua nos a morte perpetua liberauit quē expectam⁹ iam resuscitatū iudicem omniū que gerim⁹ eē venturū credis ita pbice. at ille acsi nunq̄3 vllum sermonē cōtradicēdi didicisse3 ita obstupefact⁹ virtute dictoz̄ mutus ad omnia. hoc solū potuit respondere ita sibi videi nec aliud verū esse q̄3 qō dixerat. tunc senioz si hoc inquit ita eē credisti. surge et sequere me et hui⁹ fidei signaculū suscipe. ille autē conuersus ad discipulos suos vl ad eos qui audiendi grā cōuenerant. audite inquit eruditi viri donec verbis mecum gesta res est verba verbis opposui et que dicebant dicendi arte subuerti vbi vero ꝑ uerbis virtus accessit ex ore dicentis nō potuerunt resistere verba virtuti. et id si quis vestrū potuit in his que dicta sunt sentire que sensi credat in christū et sequatur hunc senem in quo locutus est de⁹ ita q̄ pbs xp̄ianus effectus tandē se victum fuisse gratulabat. Item dicit Cassiodoz⁹ in historia triptita volentib⁹ quibusdam pbis cum alexādrino constāniano epō disputare iussit impator vt certamē susciperet qui q̄uis simplex ess3 suscipiēs iussit oēs ꝑter vnum tenere filēcium cui et ait. in nomine domini nostri ihu xp̄i in ꝑmis precipio tibi ne loquaris qui statim mut⁹ fcūs est (et mittā ignem in magog ꝛc) sicut i exposicōe litterali dixi. ꝑ magog significari exercitum antixp̄i. sic in illa ꝑ magog significant sectatozes arrij in quos misit dom in⁹ ignem id est spm̄ diuisiōis ꝑ mltas sectas et tandē defecerūt. nam aliqui moz tui sunt et alij ad veritatē fidei redierūt de quibus subditur (et scient qz ego sum dom in⁹ deus) recognoscētes vere xp̄i diuinitatē quā arrius et eum sequētes negabāt (et egredietur habitatozes de ciuitatibus isrl' ꝛc) quia doctoēs catholici scripturas phificas quib⁹ arrius et eius seq̄ces erāt armati ad impugnandū fidem xp̄i cōuerterunt in obsequium fidei ꝑ virtutem spiritussancti qui ignis nominat.

Capituluz. xl.

In. xxv. anno transmigracōis nostre ꝛc.) ab isto loco vsq̄3 ad finem libri huius i exposicione litterali posui breuit sensum misticum ꝑpter quod hic repetere non intēdo.

Explicit Ezechiel ꝓpheta.

Incipit Daniel.

Capitulū primū.

Anno tercio regni Joachim regi iude ꝛc.) sequit̄ (ꝛ ait rex affane preposito eunuchoꝝ suorum vt introducerꝫ de filijs israel pueros in quibus nulla essꝫ macula ꝛc) Per istū regeꝫ de quo dicit̄ capitulo sequēti rex regū ꝛc pōt xp̄us significari de quo scribit̄ Apoc̄ xix. ꝙ habꝫ in femore suo scriptuꝫ rex regū ꝛ dn̄s dn̄ancium. ꝑ affanam p̄positū eunuchorum significat̄ bonus ep̄s q̄ prepositus est eccl̄e ministroruꝫ. ꝛ hoc sonat nomē ep̄i. qꝛ dicitur ab epi quod ē supra ꝛ scopos intentō quasi suꝑ alios intendēs Ipsi vero precipit̄ a rege ih̄u christo vt introducat in eccl̄aꝫ pueros. nō sensu ꝫ malicia exp̄tes sine macula id ē sine infamie nota decoros forma ꝑ honestā ꝯuersacōnem (ꝛ eruditos omni sapiēcia). i. cognicōne diuinoꝝ (cautos sciencia). i. cognitōne humanorū ꝛ (doctos disciplina). i. qui ꝯsueuerint obedire mandatis supēiorum (ꝛ qui possent stare in palacō regi.) id est in eccl̄a militante ad ꝯuiendū ibidē regi christo. ꝛ cum d̄r (ꝛ qui possent stare) hic accipit̄ ꝛ ꝓ id ē. qꝛ tales sunt apti ad ministrādum in eccl̄a dei ꝛ tales assumere debēt ꝛ ꝓmouere ecc̄ie prelati Seq̄tur postea (pueris autē his dedit deꝰ sciencia ꝛc) qꝛ mundis ꝛ honestis ꝛ abstinētibꝰ a cibis suꝑfluis ꝛ delicatis dat deus sacre scripture noticiaꝫ. ysaie. xxvij. xxviij. Quē docebit sciencia ꝛ quē intelligere faciet audituꝫ. et rn̄detur ibidem. Ablactatos a lacte auulsos ab vberibus.

Capitulū. ij.

In anno secundo regis Nabuchodonosor vidit nabuchodonosor somniū. ꝛc.) ꝯm sensum litteralem per statuam quā vidit significata fuerunt quatuor regna populum israel affligencia successiue Scd̄ꝫ vero sensum misticum ꝑ ipsam significari potest antichristꝰ qui populū dei grauiꝰ ceteris est afflictiuus. ad hoc autē faciendum vtetur antichristꝰ quatuor. inter cetera primū est rerum opulencia que ꝑ aurum bene significatur. ideo caput huius statue dicit̄ esse (de auro optimo) secūdū est verborum eloquēcia que bene ꝑ argētum significat̄ Prouerbioꝝ. x. Argentū elc̄m lingua iusti ꝓpter quod huiꝰ statue (pectus ꝛ brachia dicnuntur esse de argēto) terciū est simulatōnū fraudulencia q̄ per es significat̄ eo ꝙ es esse videtur aurum ꝛ non est. ideo huius statue (venter eꝰ ꝛ femora dicuntur de ere) quartuꝫ est armoꝝ violencia que bene ꝑ ferrū significatur eo ꝙ ferruꝫ domat om̄ia. ꝓpter qd̄ huius statue dicūtur (tybie ferree) per h̄ autē ꝙ dicitur (pedum autē quedā pars ferrea ꝛ quedā fictilis) significat̄ ꝙ adherēcium antixp̄o aliqui adherebūt sibi firmiter qui ꝑ ꝑtē ferreā. aliqui timore mortis tm̄ qui ꝑ ꝑtem fictilem designant̄ (videbas ita donec abcisus est lapis de mōte sine manibꝰ) Per quē significat̄ xp̄us de excellentissiā virgine sine humano opere natꝰ (ꝛ ꝑcussit statuā. ꝛc) nam destruet antixp̄m ꝛ magnā ꝑtem sui exercitus sicut dicit̄. ij. Thessꝫ. ij. Quē dominꝰ ih̄s interficiet spū oris sui ꝛ destruet illustracōne aduentus sui (lapis autez q̄ ꝑcusserat statuā factus est mons magnꝰ ꝛ impleuit vniuersam terraꝫ) Nam anticristo fulminato cum magna ꝑte sui exercitus omnes remanentes ipsi christo firmiter adherebunt.

Capitulū tercium

Nabuchodonosor autem rex fecit statuam auream ꝛc) Per istā significatur malus ꝛ inutilis prelatus q̄ statua dicit̄ zacharie. xi. O pastor ꝛ ydolum derelinquēs gregem. Hec autez statua quā fecit rex fuit tantum aurea exterius. Nam principes terreni sanctitatis apparencia vel aliter decepti procurant aliquando ad prelacionis statum inutiles promoueri. Propter quod de ista statua dicitur ꝙ est alta scilicꝫ per superbiam. ꝛ lata per ambicionem ꝛ sita in campo duraꝫ qui interpretatur loquela Ido signat verbositatem sine veritatis substācia In huius statue dedicacōne dicūtur esse instrumenta omnis generis musicorum. per que significantur ꝙ in electōne ꝛ conifrmacōne talis electi fiunt false cōmendaciones que ad eius confirmacionem vel electionem possunt operari. hāc āt statuā sic ꝯfirmatā adorāt satrape. i. satis rapiētes. qꝛ p̄latū malū vl̄ inutilem venerā.

veneratur ⁊ cõmendant illi qui sub eius vmbra querũt bona rape ſBoitorũ(⁊ magiſtratꝰ).i.ꝺfiliarij qui ſb eo volũt ꝺfiari (⁊ iudices).i.officiales ei aſſiſtẽtes(vuces tirãni ⁊ ꝑfecti) iſti ſunt q̃ diſponũt tẽ poralia bona ꝑlati ex quibꝰ q̃rũt magis ditari(⁊ cadẽtes oñes populi tribꝰ⁊ lingue adorauerũt ſtatuã).nã inferiores videntes ꝑlatum inutilẽ ſiue malũ a maioribus venerari idẽ faciunt timore magis ꝙ amore virtutis(Statim ꝙ i ipſo tẽpore accedẽtes viri caldei accuſauerũt iudeos ⁊c̃)ꝑ iſtos ſignanť illi qui iuſtos ⁊ innocẽtes accuſant ſuꝑioribus cupidis vt inde trahať pecunia ſine cauſa (ꝙ ſi non adorauerit ſtatim mittemini in fornacẽ ignis ⁊c̃)ꝑ iſtos tres q̃ ſtatuã noluerunt adorare ꝛ magis periculũ mortis ſubire ſignificanť illi qui deo firmiter adherẽtes per fidẽ ſanctiſſime trinitatis nullomodo volũt aſſentire alicui qđ ſit i ꝺffenſa⁊ matieſtatis diuine ⁊ iſti ſemꝑ ſaluãtur vel per diuinã potenciam eos mirabiliter a mortis periculo liberantẽ ſicut fuit in ꝓpoſito vel per dei miſericordiã ipſis in tormẽtis cõſtanciam tribuẽtem ⁊ illa liberacõ melior eſt ꝙ ꝑma.ſicut dicit Aug⁹.in ſermone de ſanctis machabeis multo meliꝰ liberati ſunt ab illis tribus viris ꝺtra q̃s homo ſeuiebat⁊ flãma parcebat.nam illi ab vna tẽtacione liberati ſunt iterũ cum diabolo certaturi.iſti ꝛo ſũt ab oñi tẽtacioe ſimplr liberati illos deus viſibiliť liberat.iſtos autẽ inuiſibiliť coronat.

Capituluz.iiij.

Ego nabuchodonoſor)In ꝟ capitulo ſub ſpẽ arboris ſucciſe cuiꝰ radices dicunť remãſiſſe.ꝟm ſenſum litteralẽ ſignificať deiectio nabuchodonoſor ꝓpter ſuam elacioẽm ⁊ eius releuatio ꝓpter ſuam humiliacõez. Moraliter autẽ ꝑ arboreꝫ iſtã ſignificať homo vnde Iudicũ.ix.dicit Jeſũ ligna vt vngerent ſup ſe regem.ibi nãq̃ ꝑ ligna homines intelligũtur.⁊ de hac arbore ſubdit(ecce arbor in medio terre)id eſt in medio ẽreſtriũ hominũ quoꝝ ſtatus eſt variabilis ſcõm fortune motum(⁊ altitudo eiꝰ nimia)per ſuperbiã ex fortune ꝓſperitate cauſatam(⁊ magna arbor)ꝓpter ſtatus eminenciam(⁊ fortis)per potẽciam mũdanam(⁊ ꝓceritas eius contigẽs celum)id ẽ elatio nimis exceſſiua ꝓpter impenſam ſibi reuerẽciam(aſpectꝰ illius erat vſq̃ ad terminos vniuerſe terre)per nomînis ſui diffuſionẽ(folia eius pulcherria) per exterioris appatus oſtentacõem.i familijs equitaturis.in vaſis aureis⁊ argẽteis ⁊ ſimilibꝰ(⁊ fructus eius nimiꝰ) per opulẽciam(⁊ eſca vniuerſorum in ea)id ẽ multorũ.quia ſicut dicit Eccłaſtes.v.vbi mlte ſunt opes ibi ⁊ mlti qui comedunt eas(ſubter eam habitabãt animalia)id ẽ ſimplices in humilibꝰ officijs exiſtentes. ſicut ſunt famuli coq̃ne ⁊ ſtabuloꝝ⁊ huiuſmõi(⁊ beſtie)qđ nomen eſt ꝓprium ferociũ animaliũ.vnde dicũtur beſtie quaſi vaſtie a vaſtãdo.idõ per eas ſignificantur miniſtri feroces in leuandis exactõnibus ⁊ grauamibꝰ inferẽdis (⁊ in ramis eius ꝺuerſabanť volucres)id eſt garruli adulatores ⁊ mimi(⁊ ex ea veſcebať omnis caro)id eſt homies carnales ⁊ nõ religioſi vel pauꝑes(⁊ ecce vigil ⁊ ſanctꝰ) id eſt ſpirituſſcũs qui nunq̃ dormit(ꝺ celo deſcẽdit ⁊ clamauit fortiter) ſpiritꝰ enĩ ſanctꝰ inſpirãs ꝓphetis fortiter clamat cõtra tales ſuperbos in nouo ac veteri teſtamento(ſuccidite arborẽ ⁊c̃)nam i morte ꝑſcinduntur tales ſupbi ⁊ oia alia diſꝑguntur ⁊ tales ſuperbi i inferno puniunť niſi ꝑ verã penitenciã ante mortẽ ad deum humiliter reuertãtur qđ ſemper ꝑt fieri ꝺurante vita preſenti.idõ ſubdit(verꝫ tamen germen radicum eius finite) per hoc germen ſignificať liberum arbitriũ reuerti potens ad bonum.quia tamẽ hoc eſt difficile in hominibus aſſuetis ad malum.idõ ſubditur(⁊ alligetur vinculo ferreo)per quod ſignificatur habitus malꝰ faciens difficultatem in dicta reuerſione. quia tamen non facit impoſſibilitatez.idõ ſequitur(donec cognoſcant viuentes).ſ. in ſuperbia(quoniã dominať excelſus in regno hominũ)⁊ ſic ſub eo veraciť hũlientur⁊ de beneficijs ſibi collatis ei debite regracietur qđ ſi fecerint.eis maiora i celeſtibus donabuntur ꝓpter quod in huiuſmodi figura ꝺr in fine capituli(⁊ magnificencia mea ampliꝰ reddita eſt ⁊h.)

Capitulū quintū.

Balthasar rex fecit grande ꝯuiuium) Per balthasar qui interpretatur absorbens diuicias significatur quilibet magnꝰ ⁊ potens. in vicijs maxime carnalibus bona sua cōsumens Ideo subditur (optimatibꝰ suis mille) ad sui ostentacōem ⁊ non dicit̄ hic ꝙ fecēit grande cōuiuium pauꝑibus ad peccatorum suorū remissiōem ⁊ diuine gracie impetracōem (precepit autē iam temulentꝰ rex vt auferent̄ vasa aurea ⁊ argētea ꝛc̄) Ex hoc pz ꝙ ebrietas ⁊ ꝯmesacō iducūt ad maiora mala. Nam iste rex nō ꝓcessit ad contemptū d̄i eius vasa humanis vsibus applicando donec fuit in conuiuio temulentus Et per hoc significatur ꝙ potentes consumptis bonis suis in toto vl̄ in parte ebrietatibus ⁊ conuiuijs frequēter se conuertunt ad spoliandum eccl̄as iocalibus ⁊ alijs bonis in dei cotemptuz ⁊ quoniā abissus abissum inuocat. ideo frequēter ad dicta vicia sequitur dei blasphemia. ideo subditur (et laudabant deos suos aureos et argenteos ꝛc̄) Magna nāqꝫ dei blasphemia est diuinitatem attēbuere ydolis (In eadez hora apparuer̄t digiti quasi manꝰ homis scribentis ꝛc̄) Hic fertur sentencia diuina contra predictos peccatoēs ⁊ in scriptis vt firmior oñdatur in qua conscripcōe scribens est deus pater. manus filius. nam ꝑ filiuz omnia operatur Johānis. p̄. Omnia ꝑ ip̄m facta sunt. digiti spiritussanctꝰ vnde dicit̄ Exod̄. viij. Digitus dei est hic. ⁊ de ipso cantat eccl̄a Tu septiformis munere dextre dei tu digitus ꝛc̄. De scriptura vēo dicitur infra (hec est autē scriptura que digesta est mane tethel phares) Per mane quod significat numeraciōem significat̄ ꝙ deus certissime numerat omnia mala peccatoris. Per tethel quod signat appēsionem statere signatur ꝙ deus diligentissime ponderat peccatorū grauitatem ⁊ circumstāciarum. Per phares quod signat diuisionē significatur seꝑacio aīme a corꝑe ⁊ a bonis terrenis per mortem ⁊ corpus datur vermibus ad corrodēduz anima vero demonibus ad torquenduz. ⁊ bona temꝑalia exactoribus ad rapiendum. Et exactores isti ex vna parte sunt heredes ꝑuersi. ⁊ ex alia executores cupidi. ⁊ ex tercia supēiores iniqui qui ꝑtez suam volunt habere de bonis defuncti.

Capitulum sextum.

Placuit dario ꝛc̄) sequitur (igitur daniel suꝑabat pricipes omnes ⁊ satrapas. quia spiritus dei amplior erat in illo. porro rex cogitabat constituere eum super omne regnum.) Per hoc docentur principes constituere post se maiores qui precellunt alijs in sapiencia ⁊ bonitate vite (Unde principes ⁊ satrape querebant vt inuenirent occasionē danieli ex latere regis) id est elongandi eum a regis amicicia ⁊ familiaritate. scribitur enim Ecclesiastici decimo. Iniciuz omnis peccati superbia. ꝓpter quam p̄ncipes isti indignabātur danielem eis preponi ⁊ ex hac indignacōne processerunt ad iniqua contra danielem. Primo suggerēdo regi legis iniq̄ ꝯstitucōez. ⁊ scd̄o insidiādo danieli vt possent ꝯtra eū ꝓbare legis trāsgressionē vt ꝑ hoc ꝯdēnaret̄ ad mortē. Istis āt similes sunt cupidi pricipū ⁊ prelatoꝝ consiliarij q̄ suggerūt eis statuta grauia ⁊ iniqua fieri vt ex eoruz transgressione innocentes accusari valeant ⁊ in rebus vel personis damnificari. (Quod cum daniel compisset) Hic ponitur occursus malicie inuidoruz quod maxime fit per recursum ad deum in oracōne deuota. Ideo sequitur (Ingressus est domū suā) Per qd̄ oñditur ꝙ orō dz eē secreta. sic̄ dicit̄ Mat̄. vi. c. Ora p̄rem tuū in abscōdito ꝛc̄. debz eciā eē ad deū intenta qd̄ notat̄ cū dicit̄ (⁊ fenestris aꝑtis in cenacl̄o cōtra irl̄m). s. celestē vbi deꝰ vid̄tur facie ad faciē. debz eciā eē ꝑseuerans ⁊ ꝯtinua qd̄ notat̄ cū d̄r (tribꝰ tꝑibꝰ i die). s. mane meridie et vespe. ꝑ mane signatur etas iuuētutis. ꝑ meridiē etas media. et ꝑ vesperam etas senectutis. debz eciaz esse cum r̄uerencia qd̄ notatur ibi (flectebat genua sua ꝛc̄) eciā deuota. ideo sb̄dit̄ (et adorabat) scz adoracōne latrie. debz eciam esse cum humilitate. ideo subditur (et cōfitebatur corā domino) scz pctā populi q̄ reputabat sua eo ꝙ erat de ꝓplo illo et secutꝰ ē effectus orōnis scz orantis

libera

liberatio ex dei benignitate ibi (deꝰ meus misit angelū suum ⁊ ꝯclusit ora leonū ⁊c̄) ⁊ inuidoꝝ destructō ex eiꝰ seueritate ibi (iubente autē rege adducti sunt viri illi q̄ accusauerāt danielē ⁊ in lacū leonū missi sunt ⁊c̄) ⁊ sic impletū est illud Prouer. xxvi. qui fodit foueā incidet in eam

Capitulū. vij.

Anno primo balthasar regis) In hoc capitulo describit̄ visio quatuor bestiarū ꝑm sensum literalē quatuor regna significanciū. moralit̄ autē significant quatuor vicia bonuz virtutis vastancia. bestie nāq̄ ꝓprie dicuntur que se muniūt dētibꝰ vel vnguibꝰ vl' vtrisq̄. ideo dicuntur bestie quasi vastie a vastando .u. mutata in b. p̄ma bestia significat seuiciā tirannoꝝ. ido dicit̄ prima q̄si leena ꝑ quā significatur ferocitas tirānica. qꝛ leena ferocior est leone ⁊ alas habebat aquile. vna ala significat versuciaz ꝯsiliariorū ipsiꝰ tirāni ⁊ alia signat neq̄ciam ministrorū eius iussa faciēcium ⁊ iste due ale faciunt ipsum volare ad crudelitatis actum (aspiciebā donec euulse sunt ale eius) nam aliquādo ꝯtingit ꝙ mens tiranni mutat̄ in mansuetudinē ex bonitate dei. ido subditur (⁊ sublata est de terra) per penitēciā veram. ꝑm illud ꝓuerbiorū. xxij. verte impios ⁊ non erūt scz impij sed in pietatē mutati (⁊ suꝑ pedes q̄si homo stetit) scz mansuetꝰ. naz homo est animal māsuetū natura. ido subdit̄ (Et cor eius datū ei). i. cor humanū ⁊ benignum. (Et ecce bestia alia simil' vrso) per quā significat̄ ꝑfidia hereticoꝝ. qꝛ sic̄ vrsus habz debile caput. sic heretici debile fundamētum (⁊ in ꝑte stetit) nam heretici sunt ab eccl'a ꝑ excōmunicatōez precisi (tres ordines erant in ore eiꝰ ⁊ in dentibꝰ eius principes tres) heretici nāq̄ tribꝰ catholicos mordēt. s. potēcia scl'ari vt patuit tꝑe arrij. sicut dictū est supra Ezech. xxxviij. ca. ⁊ ratōibꝰ sophisticis ⁊ eciam sacris scripturis ꝑuerse intellectis (Post h̄ aspiciebā ⁊ ecce alia quasi pardꝰ) ꝑ quaz significat̄ fraudulēcia simulatoꝝ. sic̄ eni pardus est totus variꝰ in colore sic simulatores in corde ore ⁊ opē (⁊ alas habebat auis quatuor suꝑ se ⁊ quatuor capita) caput in sacra scriptura frequēter accipit̄ ꝓ principio. principiū autē in agibilibus est finis. fraudulēcie vēo simlatoꝝ finis est quadruplex. scz honor mūdanꝰ. fauor humanꝰ. bonum vtile ⁊ bonum ꝺ lectabile. nam ꝓpter illa vel aliquid istoꝝ operatur malicia simulatorū. ⁊ sic quatuor capita sunt in illa bestia similit̄ quatuor alis vtitur ad ꝓpositum consequēdum scz simulacōe sanctitatis. adulacōe potestatis. collatōne munerū. ⁊ famulatōne operum (Post hoc aspiciebā in visiōe noctis ⁊ ecce bestia quarta terribil') ꝑ quā significat̄ malicia emulatorū ⁊ ido non dicit̄ que bestia sit i spēali eo ꝙ emulatorū malicia nō potest vno nomie vel eciā pluribꝰ explicari. dicit̄ tn̄ in textu (ꝙ habebat dentes ferreos magnos) scz ad deuorandum famā innocentuz vel saltē ad diminuēduz. ido dicit̄ (comedēs atq̄ cōminuēs ⁊ reliqua pedibꝰ suis ꝯculcans) ꝑ pedes autē intelligūtur male voluntates emulatoris ad cōculcandū innocētē si possit ⁊ ad despiciendū si plus nō possit (⁊ habebat cornua decē) ꝑ que significātur decē modi detractōis. p̄mus est pcc̄z fris occultū indebite reuelādo. Secūdꝰ est pctm̄ reuelatū male verbis indebitis aggrauādo. Terciꝰ est falso pctm̄ fri imponēdo. Quartus est bonū fris cognitū tacēdo quādo debz dici. Quintꝰ est bonū fris auditū diminuēdo Sextꝰ ē dicēdo ꝙ bonū fris factuz sit intentōe ꝑuersa. Septimus octauꝰ ⁊ nonus sunt se iustificando scz ꝙ malū fratris dicit motꝰ conscia vel amicicia ad frēm vt corrigat̄. vel ex reuerēcia p̄lato debita cum tamē nullo istorum sed sua malicia moueat̄ Decimꝰ est frēm signis vel nutibus de culpa ignorata notando

Capitulū. viij.

Anno tercio regni balthasar regis ⁊c̄) sequitur (⁊ leuaui oculos meos ⁊ vidi ⁊ ecce aries vnꝰ stabat ⁊c̄) ꝑ arietē q̄ dux est ouium signatur bonꝰ p̄latus q̄ dux ē fideliū (hn̄s duo cornua) q̄ sunt scia ⁊ bona vita (⁊ vnū excelsius altero). s. bona vita q̄ melior ē scia. (postea vidi arietē cornibꝰ ventilātē cōtra oriētem ⁊c̄). i. bonū p̄latū ꝑ sciaz suā ⁊ vi

taz extirpantē vicia ꝑ omnes ſuc dioceſ
ptes(ꝙ oēs beſtie).i.homes beſtialiter vi/
uētes(nō poterāt rēſiſtē ei)impediēdo ſuā
debitā cozrectōem(nec liberari de mani
b⁹eius)euadēdo debitā penā donis vl̄ p
cib⁹(ꝙ magnificat⁹ ē)talis p̄latus cozaz
deo ꝙ angelis ei⁹(ꝙ ego intelligebā.)q̄a
talia ſunt oſiderāda ad imitandū.ꝫ quia
cōtra tales bonos p̄latos aliquādo dia/
bolus excitat ſatellites ſuos.ſicut otra ſā
ctum thomā excitauit anglie regem Jō
ſequit̄(ꝙ ecce hircus)qui eſt animal feti/
dum.idō ſignificat principē tyrānum in
famie fetoze abominādū(veniebat ab oc
idente).i.ex defectu lucis grē(ꝙ nō tāge
gebat terrā).i.amatozes terrenoꝝ quib⁹
nō nocet tyzannus ꝫ magis fouet(pozro
hircus habebat coznu inſigne.)id eſt po
teſtatē valde notabilē ꝙ magnaz ex ma
adherētib⁹ ſibi(ꝙ veit ad vſq; arietē illū)
id ē p̄latum bonū(ꝙ cucurrit ad eū in im
petu fortitudinis)ꝙ nō ex motu rōnis ſic̄
fuit de rege anglie ꝙ ſcō Thoma ꝙ in mł
tis alijs regnis facta ſunt ſimilia(ꝙ cōmi
nuit duo cozrnua ei⁹.)ſcz ſciēciam ꝙ vitā
nō q̄ztum ad rei exiſtēciā ꝫ q̄ztum ad effi
caciam in dioceſi ꝓpria quā fuit opulſus
exire ꝙ ſic nō potuit ibi ꝓficere(ꝙ nemo q̄/
bat liberare arietē de manib⁹ei⁹) ꝑ reg ē
eni francie ꝙ papā oſtituti fuerūt dies pa
cis plurimi.ꝫ inutiliť ꝙ finaliter i fauoēz
regis ſanct⁹ Thomas fuit crudeliť occi/
ſus ꝫ a deo gl̄oſe ſuſcept⁹.

Capitulum nonum.

In anno p̄mo darij ꝛc̄)ſequit̄(ego daniel
intellexi in libris numeꝝ annoruz de quo
factus eſt p̄mo dñi ad iēmiā ꝛc̄)iſte dani/
el fuit ꝓfectus in vita otempla.qđ patet
ex hoc qđ dicit̄ ſup̄ capi. p̄mo(danieli āt
dedit deus intelligēciam omniū viſionuz
atz ſomnioꝝ) fuit eciā ꝓfectus in actiua
vita qđ ptz ex hoc q̄(dari⁹rex cogitauit
eum oſtituere ſup̄ omne regnū ꝓpter ſuā
induſtriā ad regēdum)ſic̄ dictū eſt ſupza
ca.vi. Jgit̄ ꝑ danielē ſignificat̄ ep̄s bon⁹
ꝙ pfcūs i vtraq; vita.ꝑ hoc igit̄ q̄ daniel
ſic pfcūs ſtudebat in libris Jheremie oſtē
ditur q̄ ep̄s q̄ztumcūq; litterat⁹oz ſtude
re in libris ſacre ſcripture (ꝙ poſui faciez
meā ad dñm deū meū rogare ꝙ deprecā/
ri)nā ep̄s q̄ medi⁹ eſt int̄ deū ꝙ ꝓplm ꝺ
bet ꝑ ꝓplo ſuo deuote deprecari dñm (in
ieunio ſacco ꝙ cinere)debz eni ep̄s auſte
rā vitā ducere exemplo pauli.d.ꝑ.Cozꝛ.
ix.Caſtigo cozp⁹meū ꝙ in ſeruitutez redi
go ne forte cū alijs predicaueri ipſe repro
bus efficiar.vñ ꝙ epiſcopi p̄mitiue eccl̄ie
fuerūt auſteriſſimē vite(ꝙ dixi obſecro dñe
de⁹)ꝫ ponit̄ oracōis ꝓceſſus qui tot⁹eſt
moral ad l̄ram ſic̄ ptz in expoſicōe mea li
terali ꝓpter qđ ꝫ obmitto(adhuc loq̄nte
me in oꝛōe mea ecce vir gabriel ꝛc̄)ſequit̄
(dixitq; daniel nūc egreſſus ſum vt doce
rē te)hoib⁹eni carnales mot⁹ꝑ auſtēita
tē vite repmētib⁹ꝙ p oꝛōez feruidā ſpm̄
roborātib⁹ reuelant̄ ſecreta diuina.iō ſdoi
tur(tu ergo aiaduerte p̄monē)nā in tali/
b⁹ req̄rit̄ attēcōis conat⁹ Septuageſim⁹
nūerus reſultat ex ductu denarij p ſepte/
nariū.denari⁹autē ſignificat implecōem
decalogi.ſeptenari⁹ vero ſeptiformē grāz
ſpūſſancti.ꝑ iſta criſt⁹q̄ eſt ſapia dei p̄ris
venit ſpūaliter in mentē humanā.ſic̄ co/
palit̄ venit in virginē q̄ quidē aduētus p
decurſum ſeptuagīta ebdomadaꝝ fuit ꝺ
lr̄aliter ſignificat⁹.idō ſeq̄tur(vt oſumeť
preuaricacō ꝙ finē accipiat pctm̄)ſic̄ ei p
aduentū chriſti in carnē ablatū ē mundi
pcēm generale ita ꝑ aduentū ei⁹in mēte
tollit̄ pcēm hois p̄ſonale. Ca.x.

Anno tcio regl.cyri ꝛc̄)ſequit̄(ꝙ ecce
vir vn⁹ꝛc̄).i.āgel⁹apparēs i ſpē viri
p̄m ſenſuz l̄ralē ꝑ quā ſignat̄ bon⁹ ep̄s q̄
noiat̄ āgel⁹mala.ħ. Angel⁹ dñi exercituū
ē Et bñ oꝛ ꝫ vir a virtute ꝙ vn⁹ꝛtutl. fin
gularitate.qz ſup̄ ꝓplm ſuū pollere debet
ſingulari ſcitate Grego.in paſto.tātū tzā
ſcēdere debz actōem ꝓplī actō preſul q̄tū
diſtat a grege vita paſtoris(veſtit⁹ lineis
)id ē ornatus ſanctitate duerſacōis(ꝙ re/
nes ei⁹accincti auro obriſo).i.mundiſſimē
caſtitatis cingulo. Greg.omł.xxxħ.renes
precingim⁹ cū carnis luxuriā ꝑ otinēciā
coartam⁹(ꝙ cozp⁹ei⁹ q̄ſi criſolit⁹)q̄ ē co/
loris marini ꝙ hz ſcintillas aureas.ꝑ pri
mū ſignat̄ rigoꝛ diſciplie. ꝑ ſcōz rectitu/
do intēcōis debite.ſ.vt fiat zelo iuſtic. Jō
ſdoit̄(ꝙ facies ei⁹ſic̄ ſpēs fulguris)q̄ per
feruētē zelū iuſticie ē terribil̄ malignis(ꝙ
oc̄li ei⁹vt lampas ardēs.)per claritatem
cognitō

cognicionis (⁊ brachia eius ⁊ que deor/
sum vsq̃ ad pedes quasi species eris can/
dentis) id ē igniti ꝑ brachia virt⁹ opati/
ua ⁊ pedes motiua signant̃. nā ei⁹ mot⁹
⁊ opa debēt esse ignita feruore caritatis
(⁊ vox sermonū eius vt vox multitudis)
per qd̃ significat̃ efficacia doctrine sequi
tur (⁊ audiēs iacebā cōsternat⁹ ꝛc̃) ꝑ hoc
significat̃ ꝙ ꝯsiderās tanti viri ꝑfectōez
resilit ad ꝯsiderandū respectu ipsi⁹ ꝓpriaz
paruitatē (⁊ ecce man⁹ tetigit me ⁊ erexit
me) nam dei man⁹ deprimit suꝑbientes ⁊
exaltat humiles Lu. ij. Deposuit potētes
de sede ⁊ exaltauit humiles.

Capituluz. xi

Ego autē ꝑmo anno darij ꝛc̃) In
hoc capitulo ꝟm sensum literalē
describit̃ pugna regis aquilōis
ꝯtra regē austri que diu durauit ⁊ aliqñ
vn⁹ aliquādo alius superabat. Moralit̃
autē per istam pugnā significat̃ illa de q̃
dicit apl̃s Gal. v. Caro cōcupiscit aduer
sus spm̃ ⁊ spūs aduersus carnē (ꝑ austꝝ
) vero vnde ꝓuenit feruor caloris signat̃
feruor deuocōis (per aquilonē) vero vnd̃
venit stridor frigoris multiplicatō trans/
gressionis Math. xxiiij. Quoniā abunda
bit iniquitas refrigescz caritas multoruz
Igitur ꝑ regem austri significat̃ ratio q̃
ad optima deprecat̃. per regez aq̃lonis si
gnificat̃ fomes ꝑ quē homo ad vicia icli
natur. vnde d̃r Jhere. i. Ab aquilone pā/
detur omne malū ⁊ aliquādo suꝑat ratō
aliquādo vero fomes ⁊ ecōuerso ⁊ h̃ du/
plicit̃. vno modo in homib⁹ diuersis. naz
in iuuenib⁹ ꝯmūiter magis viget fomes
in senib⁹ autē racio. alio mō in eodē ho/
mine in cuius iuuentute magis viget fo/
mes ꝯmunit̃ ⁊ rō in senectute aliquādo
tamē fit aliter ꝑ erudicōez ⁊ assuefactio
nem ad bonū vel ad malū ei oppositum.

Capitulū. xij.

In tempe autē illo ꝯsurget michael prin/
ceps magn⁹ ꝛc̃) ꝟm literalē sensum agit̃ i
hoc capitulo de ꝑsecutōe eccl̃e ꝑ anticri/
stū futura. et sicut dicit̃. i. Joh. ij. Nūc an
tixp̄i mlti sunt. ideo per tribulacōez anti
xp̄i tempore pōt intelligi persecutō queli
bet eccl̃e Per michaelē āt p̄t intelligi mo
raliter quilibz bon⁹ prelatus ⁊ interp̄ta/
tio nomis congruit. nam michael inter/
p̄tatur quis vt de⁹ ⁊ hoc ꝯuenit bono p̄/
lato qui vicarius est dei in spūalib⁹. ⁊ iō
tempe persecucōis debz ꝯsurgere ad ꝓte
ctōem sui gregis eciaz vsq̃ ad mortem si
oporteat Joh. x. bon⁹ pastor animā suaz
dat ꝑ ouib⁹ suis (⁊ veniet temp⁹ quale ñ
fuit ꝛc̃) sicut eni de quolibz ꝯfessore canit
eccl̃a Nō est inuētus similis illi. sic de q̃li
bet eccl̃ie ꝑsecutōe dici pōt ꝙ nō fuit tꝑs
talis ꝑsecucōis ⁊ maxime cuilibz ꝑsecu/
tōez paciēti videt̃ ꝙ sua tribulatō sit ma
ior alijs (⁊ in tempoē illo saluabit̃ ꝓplus
tu⁹ ꝛc̃) omnis eni saluatio corꝑalis vl̃ spi/
ritualis ꝓcedit ex ordinatōe dei (⁊ multi
de his qui dormiūt in puluere terre euigi
labunt) isti sunt q̃ in terrenorū cupiditate
sunt ꝯsopiti quorū aliqui euigilāt quādo
terrenorū vanitatē ꝯsiderant et sic ab eo
rum immoderata ꝯcupiscencia retrahū/
tur id̃o subdit̃ (alij in vitā eternam q̃ aūt
docti fuerit) nō solum ad vitā ꝓpriā diri
gendā ꝫ eciā alioꝝ per sanam doctrinaz
(quasi splendor firmamēti) qꝛ sunt maio/
ris meriti q̃ꝫ illi qui dirigunt alios ad bo
num per exēplum vite bone tātum.

Capitulū. xiij.

Erat vir habitās in babilone ꝛc̃)
capitulū istud ⁊ sequēs non sunt
de canone ꝫ qꝛ nō faciunt libruz
per se distinctū. ideo non expecto ponere
eius moralitatē cū moralitate libroruz q̃
non sunt de canone quorū moralitatē in/
tendo ponere in hui⁹ operis fine. hic aūt
istorum duoꝝ capitulorū moralitatē intē
do ponere satis breuem In hoc autē capi
tulo ipsi⁹ susanne falsa ponit̃ accusatō ⁊
in casu ꝯsimili accusatio habz aliquā ve/
ritatis apparēciā ex duob⁹. ꝑmū est nobi
litas generis que dat aliqñ audaciā ma/
le agēda. secundū est venustas corꝑis q̃
alios allicit ad cōcupiscenciā muleris et
difficile custodit̃ quod a plurib⁹ impug/
natur. ꝫ ꝑmū excludit̃ qñ cum nobilita/
te generis ꝯcurrit nobilitas virtutis. Et
sic contigit in susanna qꝛ fuit de tribu re/
gia scz de tribu iuda sicut dicit̃ infra (ꝫ ñ
filia iuda sustinuit iniq̃tatem nr̃am) fuit
eciā nobilis morib⁹. ideo d̃r de ea (paren
tes autē illius cum essent iusti erudierant

(filiã suaz ꝑm legẽ moisi) ꝑm autẽ exclu/
dit qñ dei timore venustas corpis robo/
ratur. sic̃ fuit in susanna. de qua dr (pul
chrã nimis ꝙ timẽtem dñm) in tantũ ꝙ
magis voluit incurrere mortis iudicium
q̃z offẽdere deũ suũ .d. (melio ẽ michi abs
q̃z ope incidere i manꝰ vrãs q̃z peccare in
conspectu domini) Circa testes duo sunt
attẽdenda scz eoꝝ odicio ꝙ examinacio.
q̃tum ad ꝑmũ obseruãdum ẽ ꝙ q̃tũcũ
q̃z sint senes etate. iudices auctoritate. sa/
cerdotes officij sanctitate. sic̃ cõtigit i ca
su susanne. tamẽ nõ est eis assẽciẽdũ sine
debita examinacõe alit possz error magnꝰ
otingere sicut otigit in susanne odemna
cõne. Circa secundũ. s. examinacõez testi
um obseruandũ est ꝙ sepent ne inuicem
falsum ofingãt. sicut daniel fecit testes o/
tra susannã ab inuicẽ separi ꝙ ꝙ increpẽ
tur vel terreant vt sic ocussi veritatẽ faci
liꝰ recogoscant ꝙ ꝙ interrogẽtur vt vide
atur si deuiẽt ꝙ sic de falsitate reprehensi
iuste puniãtur vt libereť innocẽcia ꝙ ma
li terreant. sicut ꝓcessuz fuit in liberacõe
susanne. Capi. xiiij.

ERat quoq̃z idolũ nomie bel ꝛc̃) ꝑ
istud ydol ꝙ vt deus viuẽs cole
batur eo ꝙ multa comedẽ crede
batur significať gule viciũ. et ex osequẽti
luxurie. dicit em̃ Jheronimꝰ. vẽter et geni
talia sũt membra ꝑinqua ꝙ ex vicinitate
mẽbroꝝ designať vicinitas uicioꝝ igitur
bel vel deũ ventrez colũt gulosi ꝙ luxurio
si sic̃ dr. phil. iij. ca. Quoꝝ deus vẽter ẽ ꝙ
gloria i cõfusione eoꝝ qui terrena sapiũt
ꝙ de cultu istius dei dicit Berñ. dñs solẽt
templa ostrui. altaria erigi. ministri ad ꝑ
uiẽdũ deputari. immolari pecudes ꝙ thu
ra ocremari. deo vẽtri templũ est coq̃na.
altare mẽsa. ministri coq̃narij. immolate
pecudes cocte carnes. fumꝰ incensoruz.
odor sapoꝝ. cultores autẽ belis depbensi
fuerũt ꝑ sapiẽciã daniel sic̃ dr infra (aiad
uerte cuiꝰ vestigia sunt hec ꝛc̃) ꝙ sic fuerť
puniti morte sicut ibi ſdditur (occidit er/
go illos ꝛc̃) Daniel autẽ interptať iudici
um dei ꝙ sic ꝑ eius fcm̃ significať ꝙ cultо
res ventris scz gulosi ꝙ luxurioſi ꝑ dr iu
diciũ odemnabũtur ꝙ igiť gehẽne tradẽ
tur. (Et erat draco magnꝰ in loco illo) ꝑ
draconẽ de quo dicit Augꝰ. in ꝑmone q̃
dam Leo apte iraſcitur draco occulte in
sidiať fraus ꝙ malicia designať. ꝙ iõ dra
conem colũt illi q̃ ꝑ fraudẽ ꝙ maliciã vẽi
tatem subuertere q̃runt cuiusmõi sunt d
tractores adulatores aduocati cupidi et
iudices iniq̃ ꝙ osimiles. ꝑ sapiẽciã autez
daniel draco fuit interfectꝰ sic̃ dicit infra
(fecitq̃z massas ꝙ dedit in os draconis ꝙ
diruptus ẽ draco) sic ꝑ dei iudiciũ odem
nať eterne morti fraus ꝙ malicia ꝓdicto/
rum. (Erat autez abacuk ꝓpha in iudea
) Abacuk autẽ interptať fortis luctatoꝝ
significat hominẽ sapientẽ racõe ꝓphie.
ꝙ ostantez ꝑ defensiõez iusticie racõe int
ꝓtaciõis ꝙ sicut abacuk osolatꝰ fuit dani
elem missuz in lacũ iniuste sic iste osola/
ri intendit omnẽ q̃ iniuste patiť (pozzo an
gelꝰ dñi restituit abacuk cõfestim in loco
suo) ꝑ qđ signať ꝙ defensoz iusticie ꝙ op
pressoꝝ osolatoz angelico ministerio ad
locũ sibi patuz in empyrreo deduce ťqđ
nobis ocedat. ꝛc̃.

Explicit Daniel ꝓpheta.

Incipit Oseas.

QErbum qđ factum est ad osee
ꝛc̃) sequiť (et dixit dñs ad osee
vade sume tibi vroꝛẽ fornicari
am et fac tibi filios fornicacõ
nũ) ꝑ osee ꝓphetã q̃ de mãdato domi ac
cepit vroꝛez gentilem et eius filios adop/
tauit. signatur homo bonus et litteratꝰ
qui de voluntate dñi suscipit eccl̃az regẽ
dam secularem vl̃ religiosam moribꝰ ta
men deformatã ꝙ eam cum adiutorio di
in moribus reformat et eius filios mori/
bus deformatos ꝑ sanam doctrinam in
filios adoptat. vnde subditur (et abiit et
accepit gomer) que interpretatur fouea.
quia fouea latronũ est eccl̃a moribus de
formata. sicut dicitur Matb. xxi. et Johã
nis. ij. (voca nomen eius israel ꝛc̃) Sequi
tur (voca nomen eius absq̃z misericordia
) ꝑm sensum litteralem per ista nomina si
gnificauit propheta punicionem dce m
tribuum in idolatria obstinatarum. Et

per hoc moralit̃ significatur ꝙ bonꝰ p̃la
tus seu p̃dicator q̃ per ꝓphām intelligit
fit̃ penitẽtibꝰ debz ðo miaz ostẽdere. sic eẽ
obstiatis eiꝰ seueritatẽ obstinatoꝝ pũicõe
que q̃dem seueritas triplicit̃ ostẽditur. ꝑ
mo in deiectõe eorũ de regno celesti quod
notat̃ cum dicit̃ (et quiescere faciã regnũ
domꝰ isrl̃). i. videnciũ deum ab obstina/
tis qz iam sunt ab illo deiecti in prescia ðo
Scdo in elõgatõe diuine mie ab eis q̃ fit
in morte corꝑali qz tunc cessat tempꝰ me
rendi et hoc notat̃ cum dicit̃ (voca nomẽ
eius absq; mia ꝛc̃) Tercio in ꝓlacõe sentẽ
cie finalis iudicij qñ dicet̃ eis illud Mat̃.
xxv. Ite maledicti in ignem eternũ ꝛc̃. Et
hoc notatur cũ ðz (voca nomẽ eius non
populꝰ meꝰ ꝛc̃) qz tunc simplr erunt a dei
ꝓlo separati. ꝑ hoc autẽ q̃ ðo interponit̃ (
et domui iuda miserebor) significat̃ ꝙ ꝛe
penitẽtes dei misericordiã ꝟsequuntur eo
ꝙ iuda ꝟfitens interpretatur.

Capitulũ .ij.

Erit numerꝰ filorũ isrl̃ ꝛc̃.) hic
incipit secũdũ capitulũ ꝟm diuisi/
cõem hebreorum in quo ꝓphā
ꝟm sensum literalẽ iuxta reprobatõez iu
deorũ obstinatoꝝ ostẽdit vocatõ em gen/
tium ꝑ fidem illumiatarũ ꝓpter quod no
mẽ isrl̃ ꝟsciũtur. sicut dicit̃ Rõ. ij. Non q̃
in manifesto iudeus ẽ neq; que in manife
sto circũcisio in carne est circũcisio. ꝟ qui
in abscondito iudeꝰ est et circumcisio cor
dis in spũ non lr̃a. ideo dicit̃ de eis ad lit/
teram (et erit numerus filioꝝ quasi arena
maris ꝛc̃) per hãc autẽ multitudinẽ gẽci
um vocatorũ ad fidem. Moralit̃ signi/
ficatur multitudo pcõrum ex dei mia re/
uocatoꝝ ad graciaz. de quibꝰ ſubdit̃ (Et
erit in loco vbi dicitur eis nõ populꝰ meꝰ
vos ꝛc̃) qz sic reuocati efficiũtur ꝓlꝭ dei
qui ꝓus erant populꝰ dyaboli (et ponẽt ſi
bimet caput vnum) scz dñm iẽm chr̃istũ
ipsum fideliter confitẽdo (et ascendẽt de ter
ra) scz mozienciũ ad terram viuẽciũ ꝓpt̃
qõ despici nõ debẽt a iustis q̃ nõ peccaue
Ve qui opulenti estis in Syon) h ad litteraz arguitur malicia maiorum regis iude ꝛ israel ꝛ specialiter sacerdotum Unde ꝛ capitulo seq̄nti exprimitur amasias sacerdos qui multis plagis afflixit Amos ꝓphetam cuius filius Osias ipsum ꝑ tempora vecte transfixit.vt dicit Jheronim⁹ in ꝓlogo huius ꝓphete. Mistice vero ꝑ hoc significat̄ malicia p̄latorum ecclesie malorum ꝛ aliorum eisdem in malis ministrācium cuz dicitur(Ve qui opulenti estis de rapina in syon)id est ecclesia(ꝛ confidit's in mōte samarie)id est in regia potestate eo qd̄ in samaria erat palaciuz regale.vt dicit̄ iij.Regum vicesimoꝑmo.Aliqui nāqz p̄lati negocijs regalibus se ingerunt ꝛ gregem suuz derelinquūt vt libēius possint male agere confidentes de regia potestate ingredientes pompatice.vt patet i familijs equis ꝛ excessibus alijs.(Transite in chalanne ꝛc̄)id est considerate terras i fidelium(lacior terminus eorum termino vestro est.)id est si sunt magis diuites ꝛ magis honorati q̄ꝫ vos estis inter christianos.quasi diceret nō.Nam prelati cristianorum ꝛ clerici ditiores sunt ꝛ magis honorati q̄ꝫ aliarum gencium.ꝛ propter hanc ingratitudinem grauius punient̄. Ideo sequitur(qui seꝑati estis)in d̄i p̄sencia ab electis(ꝛ appropinquatis solio iniquitatis)vestros sb̄ditos peruerse iudicādo(qui dormitis in lectis eburneis)id est nimis curiose ꝛ sumptuose paratis ꝛ ibidem luxuriam exercetis.(qui comeditis agnum de grege ꝛc̄.)nimis carnaliter viuendo.(qui canitis ad vocem psalterij.) per hymnos ineptam leticiam exercendo(sicut dauid putauerunt se habere vasa cantici)quasi diceret. non est ita.quia dauid vtebatur psaltēio ad laudes domini decantandas.(bibentes in phialis vinum.)excessiue ꝛ nimis delicate.(ꝛ optimo vnguento delibuti)ꝛ ad odorem carnis vestre(ꝛ nihil paciebātur super contritiōe ioseph)id est populi sui temporaliter ꝛ spiritualiter afflicti(Quapropter.) Hic consequenter ponitur pena cum dicitur(quapropter nunc migrabunt ꝛc̄)scz de delectacōne presenti ad penaz inferni.(detestor suꝑbiam iacob)id est illorū qui alios calcare volunt.eo ꝙ iacob supplātator interpretatur(ꝛ domos eius ꝛc̄.) id est sequaces suꝑbie ipsorum(ꝙ si reliq̄ fuerint decem viri)ad dandum eis locū penitendi(ꝛ ipsi moriētur)in peccatis suis eo ꝙ tempe concesso sunt abusi(ꝛ tollet euz ꝓpinquus suus)id est demon sibi suggerens vilia die ac nocte.tollet eum ad penam gehenne ꝛ comburet eū infernali igne(vt efferat ossa.) id est opera de genere bona que dicuntur efferri quoniam non valent sic defuncto(ꝛ dicz ei qui in penetrabilibus domus est)id est d̄moni qui insidiatur viuentibus.(Nunquid adhuc est apud te.)scz aliquis adducendus ad ignem gehēne(ꝛ dicet ei)scilicet demoni sic querēti(tace ꝛ non recordēis nominis domini)id est non dicas aliq̄d vnde malus homo viuens habeat occasionē penitendi.Sic̄ ꝑ hoc qd̄ demō dixit Cypriano mago ꝙ crucifixus erat maior omnium.ideo Cyp̄anus conuersus

fuit ad cristum (quia ecce mandauit dñs) id est ꝑmisit ꝙ mali permaneant in fecibus suis ex eorum demerito. Apo. xxij. Qui in sordibus est sordescat adhuc (Et ꝑcuciet domum maiorem ruinis) id ē clerum malum permittet ruere de peccato in peccatum (ꝛ domū minorē scissionib⁹) .i. laicorum cōmunitatez in dissentionē sicut videmus per guerras eorum ad iuicem (nunquid currere queunt in petris equi) quasi diceret non. quia ē contra solitum cursum ꝛ sic assueti malis nō possūt agere bonum Jere. xiij. si potest ethyops mutare pellem suaz aut pardus varietates suas ꝛ vos poteritis bene facere cum didiceritis malum (quoniaz conuertisti .i. amaritudinem iudicium ꝛc̄) innocentes iniuste condemnando (qui letami in nihili) id est in bonis t̄renis. Jere. iiij. Aspexi terram ꝛ ecce vacua erat ꝛ nihili (qui dicitis ꝛc̄) attribuentes vobis potestatez a deo vobis datam. ꝛ subditur pena cuz dicitur (ecce ego suscitabo super vos gentē) id est demonum ferocitatem qui nomie gentil. significant̄ eo ꝙ a gentibus in idolis colebantur (ꝛ conteret vos) totaliter primo per culpam ꝛ post per penam

Capitulū vij.

Hec ostendit mihi dominus) hic ad literaz describitur duplex plaga q̄m ostendit dominus amos ꝓphete in terra venturaz Prima fuit locustarum germinancia corrodencium secunda fuit ignis d̄uorantis sed vtraqz fuit impedita Mistice per ꝓphetam qui oliz dicebatur vid̄ns vt habetur .i. Reg. ix. significatur bonus religiosus contemplationi diuine intentus qui tribulatione sup populum imminente debet vt deus eam auertat feruēter orare Potest etiam per plagam locustarum significari plaga detractorum qui rodere student vitam et famam bonoruz. Et per plagā ignis culpa cupiditatis ꝛ carnalitatis pro quaruz auersione debent religiosi deum exorare ꝛ tanto deuocius quanto plaga spiritualis maior peior est corporali (Et ecce dominus stans super muruz litum ꝛc̄) ad literaz per linitionem muri significatur circa regnum israel protectio dei ꝛ per cessationem linitionis subtractio diuine protectionis ꝛ hoc propter idolatrie vicium induratum per hoc igitur ꝙ amos constāter hoc denunciauit significatur ꝙ bon⁹ ꝛ constans predicator denunciare debet penam debitam peccatis magnatorum. per amasiam sacerdotem qui voluit ip̄m terrere ꝛ sic de terra israel effugare significantur mali sacerdotes qui ꝑ se ꝛ alios nituntur repellere veritatis predicatores ꝛ sicut in penam huius vxor amazie fuit adulterio polluta ꝛ ip̄e captiu⁹ ad terrā pollutam ductus ꝛ ibidem mortuus ꝛ filij eius ꝛ filie gladio occisi sic talis sacerdotis ꝑrochia polluitur vicijs ꝛ filij eius ꝛ filie spirituales cadūt gladio demonis ꝛ ip̄e ducitur ad terram pollutaz inferni que dicitur terra tenebrosa ꝛ ip̄e moritur bi morte scd̄a

Capl̄m. viij.

Hec ostendit mihi dominus deus ꝛc̄) hic ad literaz describitur punitio israelitarum per quam mistice significatur punitio malorum cristianoruz Circa q̄m sciendū ꝙ per vncinū fit scd̄a collectio pomorum scilicet illorū que sunt in alto ꝛ sic non possunt colligi sola manu ꝓpter quod vncin⁹ vltimam punitionem significat ꝛ sic dicitur (venit finis super populum meuz) scilicet peccatorem (Et stridebunt cardines templi) id est prelati qui grauius peccant q̄m alij et dicit stridebunt quia de pena inferni dicitur Mathei octauo. Ibi erit fletus ꝛ stridor dencium (et in omni loco) scilicet inferni (ꝓijcietur silencium) per clamorem cruciatorum (audite hoc) aure mentis vt peniteami ante tempus huius punitionis (qui conteritis pauperem) eo ꝙ non pōt se defendere. (dicentes quando transibit messis) vt sic possim⁹ mouere litē cū inocētib⁹ q̄ tp̄e messis sūt i pace (ꝛ sabbatū

in quo non licet opari.(⁊ apiemus fru/
mētum)id est exponem⁹ venale cum mlt/
tis tamē fraudib⁹. Ideo subditur(vt im/
minuam⁹ mensuram ⁊c̄.vt possideamus
in argento egenos in seruos ⁊ ancillas)
eo ꝙ non poterunt se liberare a debito er
ga nos (⁊ quisquilias frumenti venda⁹
)id est inutilia miscendo bono frumento
(Jurauit domin⁹)Hic ponitur dictoruz
pena ⁊ p̄mo corpalis cum dicit̄(Jurauit
domin⁹ in supbiam iacob)id ē firmit̄ sta
tuit eaz punire ⁊ p iacob q̄ supplantator
interp̄tatur supplātātes innocētes dictis
fraudib⁹ significant̄(nunq̄d sup isto non
ꝯmouebitur terra.)quasi dicerz sic scz p
guerras ⁊ pestilencias insurgētes ex dei
iudicio(⁊ ascēdet quasi fluui⁹)scz supplā
tator malign⁹ intumescēs supbe(⁊ eijcie
tur)de sua potestate(occidet sol in meri
die.)id est ꝓsperitas supbi cadet in etate
sua virili sicut frequēter contingit(⁊ con
uertā festiuitates vestras)scz mundanas
⁊ ineptas(in luctum)ꝓpter gaudium ve
strum ineptum(⁊ inducā sup omne dor/
sum saccū)ꝓpter curiositatis excessum(
⁊ sup omne caput caluiciū)ꝓ crispaciōe
criniū.(Ecce dies)Hic secundo ponitur
pena spūalis cum dicit̄(⁊ mittam famez
in terra ⁊c̄)quoniā ꝓpter mala potentuz
aliquādo terra suppoitur interdicto ⁊ sic
cessat diuinoꝝ sollēnis celebracio ⁊ verbi
diuini p̄dicacio saltem in pte(⁊ deficient
virgines pulchre)id est mulieres minuē/
tur a deuocōne(⁊ adolescentes in siti).s.
iusticie.

Capitu.nonū

Vidi dominū stantem)Hic amos
ꝓphetat contra regnum duaruz
tribuum in quo erat domi tēplū
⁊ p hoc significatur cōminacio dei super
ministros ecclesie militantis cum dicitur
(vidi dominū stantē sup altare)id est su
p ministros eccl̄e ad puniciōem sue mali
cie(pcute cardinē)id ē malum pontificē.
(⁊ cōmoueantur supliminaria)id ē puni
antur mali clerici ab eo supportati.⁊ sub
ditur causa cū dicit̄(auaricia eni in capi/
te omniū)id ē in ep̄o qui caput est eoruz
(⁊ nouissimū eorum in gladio cadet)id ē
minim⁹ de clero dei vindictā nō euadet(
nō erit fuga eis)scz a dei vindicta Ideo se
quitur(si d̄scenderint vsqz ad infernū)id
est si recurrerint ad ꝯsulēdū demones ꝓ
sua euasione.sicut fecit saul.p̄mi Reguz.
xxviij.(inde man⁹ mea educet eos)suum
recursum frustrādo(etsi ascenderint ī ce
lum)sanctos dep̄cando nō iuuabunt̄ ab
eis q̄a sunt indigni(etsi absconditi fuerit
in vertice carmeli)id est si fuerint confisi
de oracōnibus religiosorū eis nō valebit
quia ponūt impedimētum (etsi celauerit
se ⁊c̄)quasi diceret.hoc est impossibile.q̄a
nuda ⁊ apta oculis dei sunt omnia. He
breoꝝ quarto(etsi abierint in captiuitatē
⁊c̄)quasi dicerz ibi psequar eos superad
dendo afflictōem(⁊ domin⁹ de⁹ exercitu
um ⁊c̄)quasi diceret nō potest eius effcūs
impediri(⁊ ascendz sicut omnis riu⁹ ⁊c̄)
exponatur sicut in capitulo precedenti. (
Qui edificat) Hic loquitur de bonis ec
clesie ministris dicens(Qui edificat ascē
siōem suaz in celo)diuīa contēplando(⁊
fasciculum suum sup terram)opera pieta
tis exercendo(qui vocat aquas maris.)
.i. vere penitentes ad sui cognicōez(⁊ ef
fundit eas) p sanam doctrinam vt patz
in Paulo(Nūquid ⁊ filij ethiopum estis)
Hoc dicitur ꝓpter aliquos qui post diui
nam vocatōem ad vomitum reuertunt̄.
et sic peiores q̄z prius efficiūtur (Nūquid
non israel ascendere feci de terra egypti)
id est d̄ tenebris peccati.quasi diceret sic
ꝓpter quod reditus ad vomitum ꝓpter
ingratitudinem aggrauat peccatum. Et
sequitur pena cuz dicitur(ecce mādabo
ego et concuciam ⁊c̄. In die illo suscita/
bo tabernaculum ⁊c̄) Istud vsqz ad finē
capituli exposui lr̄alit̄ de aduētu xp̄i qd̄
alij doctores exponunt de reedificacione
templi p zorobabel et socios eius ⁊ sic ex
posicio mea litteralis est eciam spiritual̄
respectu illi⁹ exposicōis.ꝓpter qd̄ de alia
ptranseo quo ad presens.

Explicit . Amos. ꝓpha.

Incipit Abdias ꝓpheta

Visio abdie) que literaliter i
tellecta est de destructione
ydumee ꝓpter tria. s. ꝓpter
p̄sumptionez de sua fortitu
dine specialiter q̄tū ad sitū
terre ⁊ ꝓpter p̄sumptioem de magnitudi
ne sue sapiencie ibi (non est prudencia) et
ꝓpter odium fraternum ibi (ꝓpter inter
fectionem) Mistice vero per edom signifi
catur omnis p̄sumens d̄ sua fortitudine
corporali ⁊ similiter p̄sumens de sua sapi
encia seculari ⁊ similit̄ ꝑseuerans i odio
fraternali qd̄ est fatuum ⁊ iniquuz. nam
in morte deficit corporalis fortitudo in tā
tum q̄ moriens non potest defendere se
de musca. similiter sapiencia quia sicut di
cit Augustin⁹ in sermone de innocentib⁹
hac animaduersione ꝑcutitur peccator
vt moriens obliuiscatur sui. qui dū viuēt
oblitus est dei Similiter odium fraternū
multuz nocet morienti quia ꝓpter h̄ pau
ci valde compaciuntur sibi ⁊ sic patet de
structio presumentis maligni (⁊ in mon/
te sion erit saluatio) Istud vsq̄ ad finem
capituli literaliter exposui d̄ aduentu cri
sti ꝓpter quod de alia expositione pertrā/
seo sicut in fine amos prophete dictum ē

Explicit Abdias ꝓpha

Incipit Jonas ꝓpheta

Et factuz est verbum domi
ni ꝛc̄) per Jonaz quē domi
nus misit ad predicanduz
ꝯtra niniuē significat̄ euā/
gelij p̄dicator ⁊ nomē cōso
nat q̄r Jonas iterpretatur
columba p̄dicator autem debet eē simpli
citatis columbine ⁊ carens amaritudis
felle (filiū amathi ⁊c̄). i. veritatis sicut fi
lius dei dicitur qui eius instinctum sequi
tur Ro. viij. Qui spiritu dei aguntur hi fi
lij dei sunt ita filius veritatis debet esse p̄
dicator ip̄am simpliciter sequendo (vade
in niniuem ꝛc̄) que interpretatur spaciosa
ideo significat mundi vanitatem que dif
fusa est per totum orbem Unde cuidā r̄
ligioso predicanti contra vanitates mun
di quidā mordaciter dixit frater cōpati
mini mundo. nam emendabit se ⁊ cū fra
ter assereret oppositu ille subiunxit imo
quia religionem intrauit ⁊ sic frater con
fusus obmutuit (⁊ surrexit ionas vt fuge
ret in tharsis) nam alñ predicator ex hūa
na fragilitate declinat predicandi laborē
⁊ vt euitet magnatorum maliuolenciaz
(⁊ descendit ioppen) que interpretat̄ pul
cra. naz libenter declinat ad locū vbi sibi
pulcra facies ostenditur ⁊ bonū ꝯuiuiuz
prepatur (⁊ inuenit nauem euntē in thar
sis) que interpretatur exploratio gaudij.
⁊ ideo per hanc nauem intelliguntur per
sone que predicatorem inducunt vt trāse
at ad delectabilia mundi (et dedit naulū
eis) supportādo eos in aliquibus illicitis
(dominus autem misit ventum magnuz
ꝛc̄) id est contritionis spiritū quādo talis
predicator percipit defectum suum. Et
sic peccatum suum vere recognoscens
(mittitur in mare) id est in amaritudinez
penitencie (⁊ piscis suscipit eum ne subm̄
gatur). i. cristus per piscem significatus
in cui⁹ ore staterē inuenit petrus Mathei
xvij. suscipit penitentez ne desperans ab
sorbeatur. (. ⁊ erat ionas in ventre piscis
tribus diebus) per quos significantur a
mara contritio integra confessio ⁊ debi/
ta satisfactō (⁊ orauit ionas ꝛc̄) quia vere
penitens debet orare feruenter pro pecca
ti remissione ⁊ pro diuine gratie impetra
tione etsi fuerit oratō perseuerans exaudi
etur ideo subditur (⁊ exaudisti me) ꝓpter
quod post orationem sequitur (⁊ dixit do
minus pisci). i. cristo homini (⁊ euomit io
nam in aridam) peccatorez reducens ad
salutez.

Capitulum tercium

Et factum est verbum domini ad ionam secundo ꝛc̄) quoniā predicator agnoscens peccatuz suum debet ardenci⁹ exercere p̄dicacc̄nis officium Ideo sequit̄ (⁊ surrexit ionas) a sō/no negligencie (⁊ abijt in niniuē) ꝑ actuz diligencie (⁊ clamauit ⁊ dixit adhuc quadraginta dies ⁊ niniue subuertetur) ⁊ sb̄ intelligitur. nisi penitenciā egerit vt ex se/quētibus apparebit. ⁊ ideo per istos quadraginta dies intelligitur penitēcia perfecta. Unde moyses legitur ieiunasse quadraginta dieb⁹ Exodi. xxiiij. ⁊ Helias. iij. Regū. xix. ⁊ christus Math̄. quarto. tam̄ niniue subuersa fuit a statu culpe in statū gracie. scd̄m illud Prouerbioꝝ. xij. Verte impios ⁊ non erunt scz impij. Ideo se/quit̄ in fine capituli (⁊ vidit de⁹ opera eorum) id est approbauit (q̄a conuersi sunt a via sua mala. ꝛc̄)

Capitulū quartū

Et afflictus est ionas ꝛc̄.) sicut dictum est supra p̄mo capitulo. ꝑ Jonam significatur predicator qui aliquādo fugit laborem ⁊ plus debito fouet suam carnez Nam aliquādo bonus dormitat homer⁹. ⁊ sic in ꝓposito Jonas timens notari de falsitate ꝓphecie d̄siderabat sb̄uersionē niniue. ꝓpter quod per ipsum significatur predicator doctor vel prelatus quicūq; qui plus appetit cō/modum suum scz fame vel pecunie q̄ auditorum vel subditorū bonum spirituale Nam aliquādo plus dolent de boni tem/palis subtractōne q̄ de auditorum vl̄ plebis transgressione. Id̄o sequitur (⁊ egressus est ionas de ciuitate) egreditur enim prelatus de sua ciuitate quādo tam parū curat de subditorū suorum salute ⁊ tantū anxiatur de boni temꝑalis amissione (Et fecit sibimet vmbraculum) in delectacio/ne temꝑalium ⁊ idem significatur ꝑ ederam cito ꝓductam ⁊ cito arefactam. Nā huius mundi delectacōes sunt valde breues. ꝓpter quod de subtractione earum sapientibus non est dolendum. ꝓpter qd̄ ione dolenti d̄ arefactiōe edē dicitur a domino (putas ne bene irascēis tu) id est racionabiliter. quasi diceret non. sed valde irraciōabiliter.

Explicit Jonas.

ꝓpheta

Incipit Micheas.

Capitulū p̄mū.

Verbum domini quod factum est ad micheam.) qui interpretatur humi/litas. humilib⁹ enim diuina secreta reuelantur Math̄. xi. Abscōdisti hec a sapientibus ⁊ reuelasti ea ꝑuulis (Morastiten qui interp̄tatur hereditas. Nam vere humiles sunt celorum heredes Mathei quinto. Beati pauꝑes spiritu quoniam ipsorum est regnum celorū. (quod vidit suꝑ samariam) que interpretat̄ custodia domi. ideo ꝑ eam significant̄ prelati. (⁊ ierusalem) que pacifica interpretatur. ideo per eam religio significat̄ ⁊ de puniciōe istoruz ꝓpter suam maliciaz hic agitur. Ideo sequitur. (Quia ecce dominus egredietur de loco suo) non per localem motum. sed per punicōnis effectum. Unde sequitur. (Et consumentur montes.) id est principes ⁊ prelati (⁊ valles scindē/tur.) id est mali religiosi in humilitati. statu locati (sicut cera a facie ignis) scilicz infernalis Ideo subditur (Sicut aque que descendunt in preceps.) id est in inferni profundum (in scelere iacob omne istud) id est pro scelere superbi eo. quia iacob interpretat̄ supplantator. superbi vero principes ⁊ prelati alios volunt sub pedib⁹ tenere (⁊ in peccatis domus israel.) id est malorum religiosorum qui dicuntur domus israel eo ꝙ per contemplacōnem debēnt videre deum. ⁊ ipsi per mutacionez vident mundum (Qd̄ scelus iacob.) id ē superbi (Nonne samaria) id est eccl̄ia eo ꝙ samaria interpretatur custodia domi. nunc autem in eccl̄a maxime viget superbia (Et que excelsa iude) id est offensiōes plebis christiane (nonne ierusalem) quasi diceret sic. ⁊ ꝑ ierusalem significatur ecclesia cuius mali clerici ⁊ religiosi suis ex

emplis dant popularibus occasionē pec/
candi (⁊ ponam samariaz) id est ecclesiā
(in aceruū lapiduz) per dissipationē mo
rum permissiue tamen (⁊ detraham in
vallem) scilicet inferni (lapides eius) id ē
iduratos iniq̄tatib⁹ (⁊ fūdam̄ta ei⁹ r̄uela
bo. i. maliciaz ei⁹ occultā manifestabo ꝑ
penaz aptam (⁊ omnia sculptilia eius). i
consiliarij mali qui interrogantur sicut
idola (cōscindentur) id est gladio diuine
snīe punientur (⁊ omnes mercedes eius
) id est simoniaci contractus (comburen
tur igni) scilicet infernali (quia de merce/
dibus meretricis congregata sunt ꝛc̄) id
est sicut turpiter sunt adquisita ita pu/
nientur pena turpi. (Super hoc plāgam
ꝛc̄) per magnuz planctum ꝓphete signifi
catur ꝙ bonus cristianus flere peccata
debet ecclesie ⁊ maxime ꝓpter hoc quod
subditur (quia desperata ē plaga eius qꝛ
venit vsqꝫ ad iudaz ꝛc̄). i. vsqꝫ ad populū
ciuilez (nolite ānūciare in geth) que inter
pretatur torcular ideo significat religio/
nem in qua passio cristi debet meditari ꝑ
quaz cristi sanguis expressus est in torcu
lari crucis Est igitur sensus. nolite nūcia
re in geth ꝛc̄ id est vtinā ignorarent religi
osi cleri maliciam ne imitarentur ip̄am
(ne ploretis ꝛc̄) id est vtinaz nullo mō cēt
eis cognita scilicet verbo vel signo (trāsi
te vobis habitatio pulcra) id est vos cleri
ci mali q̄ gaudetis de declamatiōib⁹ hu
ius mundi ad ignominiam confusam in/
ferni (nō est egressa a) vicijs ꝑ penitēci (
ideo transeat ad penam

Capl'm .ij.

Ve qui cogitatis inutile) micheas
ꝓphetauit contra personas ma/
gnas capitulo precedenti h̄ pro/
phetat contra cōmunitatem populi dicēs
(ve qui cogitatis inutile ꝛc̄) isti sūt qui de
nocte malicias contra proximos meditā
tur ⁊ mane sequenti exequūtur ⁊ que sūt
illa subdit dicens (⁊ concupierunt agros
ꝛc̄) ꝓpter quod subditur pena cum dicit̄
(idcirco hec dicit domin⁹ ecce ego cogi/
to super familiam istam maluz) scilicz pe
ne (vnde non auferetis colla vr̄a). i. non
poteritis (⁊ sumetur super vos ꝑabola)
id est cantilena de vr̄a miseria (cum sua/
uitate dicentium) scilicet aduersariorum
vr̄orum de vr̄is miserijs gaudenciū (de/
populatiōe vastati sumus). hoc dicent in
personis vr̄is ⁊ per istam deuastationez
populi israel temporalem significat̄ d̄ua
stacio spiritualis populi cristiani de qua
gaudent spiritus maligni (Pars populi
mei) scilicz cristiani (ꝯmutata ē). s. a ciui
tate dei in ciuitatem diaboli ⁊ hec est ꝑs
peccatrix (quomodo recedet cum reuer
tatur ꝛc̄) diabolus eniz aliquando cessat
a tentatione vt sic homo confidat de sua
securitate ⁊ tunc diabolus rediens ꝓicit
cuz in ipocrisim que est grauior culpa qꝛ
sicut dicit Jero. Simulata sanctitas du/
plex est iniquitas (propter hoc non erit ti
bi mittens funiculū sortis in cetu domini
) id est non habebis partem cum electis
(Non loquamini ꝛc̄) ad literaz filij israel
mali non credebant verbis ꝓphetarum
de sua punitione futura ⁊ per istos signifi
cantur mali cristiani qui predicatiōes de
penis inferni reputant fictiōes contra q̄s
subditur (nunquid abb̄uiatus est spirit⁹
domini) loquēs in sanctis suis q. d. nō h̄
tempe suo habebit effectuz Cetera patēt
vsqꝫ ibi (⁊ eos qui transibant simpliciter)
id est pacifice (conuertistis in bellum) eos
iugulando (mulieres populi mei eiecistis
de domo deliciarum) interfectis viris ea
rum (a ꝑuulis earum tulistis laudem me
am) qua me laudabant de bonis adquisi
tis iuste per patres eorum ideo sequit̄ pe
na cum dicitur (surgite ⁊ ite) scilicet cum
diabolo ⁊ angelis eius sed quoniā bon⁹
vir dolet de peccatis quibus meruerunt
sic damnari ideo sequitur in persona viri
boni (vtinam nō essez vir habens spiritū
ꝛc̄) i. vtinā vt malū qd̄ video vel p̄dico su
per vos venturuz nō veniēt (stillabo tibi
ꝛc̄). i. nunciabo tibi ventura mala (Con/
gregatione cōgregabo ꝛc̄) istud vsqꝫ ad fi
nem capituli exponunt aliqui d̄ ꝓsperita
te in reditu captiuitatis babilonice. ego
aūt exposui literalit̄ de bōis spiritualib⁹
in aduentu p̄mo cristi ꝓpter quod exposi
tio mea non solū literalis sed etiam spūa
lis est respectu aliarum nec occurrit m̄ ꝯ
ueniencior hic ponenda

Et dixi ꝛc.) Postq̃ propheta arguit peccata vulgarium. hic cõsequẽter arguit peccata maiorũ populi isrl̃ per quos significantur maiores christianorũ. Et p̃mo arguunt̃ principes cuz dicitur (audite principes dom⁹ iacob) sequitur (nunquid non vestrum ẽ scire iudicium) quasi dicerz. scire debetis non solum speculatiue ꝫ eciã practice ꝛ tamen contrariũ est verum. ideo sequitur (qui odio habetis bonũ ꝛ diligitis maluz ꝛc.) ꝛ patet sentencia ꝛ sequitur pena cũ dicitur (tunc clamabunt dominũ in afflictione sua ꝛ non exaudiet eos). scd̃m illd̃ Prouerbioꝝ. xxi. Qui obturauit aurẽ suam ad clamorem pauꝑis ꝛ ipse clamabit ꝛ non exaudietur (hoc dicit domin⁹ de⁹) hic loquitur contra prophetas falsos veteris testamenti. per quos significant̃ falsi predicatores noui (qui seducunt populum) peccata diuituz excusantes propter questum (qui mordent dentibus suis) diffamantes eos qui non tribuũt eis ꝛ (predicant pacem) malis propter suam beneficienciam. ideo subditur pena cum dicit̃ (propterea vox nobis ꝛc̃). i. inferni pene tenebrose ꝛ confundẽtur extrema confusione ꝛ mutatur hic modus loquẽdi d̃ secunda persona ad terciã. (Verũtamen) hic arguit propheta cõmuniter omnes maiores per quã significatur predicator constans. ideo dicitur (verũtamen repletus sum ego fortitudine) ad arguendum constanter peccata maioruz. ideo subdit̃ (vt annunciem iacob scelus suum) id est potenti superbo qui alios calcat. Jacob eni supplantator iterpretatur (ꝛ israel peccatum suum) id est clero superbo. ꝛ quoniã isti frequẽter constituuntur iudices i foro seculari ꝛ ecclastico. ideo subditur (audite hoc pricipes) sequitur (qui abominamini iudicium) id est execucionem iusticie (qui edificatis syon in sanguinibus ꝛ iherusalem) Per syon eccl̃a. per iherusalem metropolim regalis curia significatur (ꝛ super dominũ requiescebant dicentes nunquid ꝛc̃.) promittentes diuinam protectionem. falso tamen (propter hoc causa vestri syon quasi ager arabit̃ ꝛc̃.) ad literam propter peccata maioruz populi iudaici iherusalem fuit destructa. Et similiter propter peccata maiorum populi christiani ecclesia spiritualiter pro magna parte destructa est ꝛ eciam corporaliter multum diminuta. Naz in africa ꝛ iudea pauci valde remanserunt christiani ꝛ vt dicitur in armenia sunt diminuti.

Capitulũ. iiij.

Et erit in nouissimo dierum ꝛc̃.) capitulum istud ꝛ quintum litteraliter exposui de profectu ecclesie sub eius capite domino nostro ihesu christo. propter quod hec exposicio nõ solum literalis est sed eciam spiritualis. Et ideo de alia pertranseo ꝛ quia mihi non occurrit alia conueniencior hic ponẽda.

Capitulũ. vi.

Audite que deus loquitur) Propheta hic arguit incredulos iud̃orum per quos significantur increduli christianorum qui sunt in duplici gradu. Nam heretici sunt increduli ꝟbo ꝛ facto. mali christiani facto. ad Thitum p̃mo Confitentur se nosse deum factis autem negant. Et sic propheta per que predicator euangelij significatur. dicit (Audite que loquitur dominus) scilicz mihi (surge ꝛ contende iudicio) constanter predicãdo) aduersus montes ꝛc̃) id est contra maiores (quia iudicium domini cum populo suo) scilicz peccatori ad ostendendum racionabilem ꝛ iustam eius punicionem. ideo subditur (Popule meus quid feci tibi ꝛc̃.) id est quã occasionem dedi tibi a me recedendi. quasi diceret. nõ potes ostendere (quia eduxi te de terra egipti ꝛc̃) id est de tenebris peccatorum per mortem meam (ꝛ misi ante te moysen) id est legem euangelicam (ꝛ aaron) id est ecclesie sacramenta per sacerdotes admistrata (ꝛ mariã) matrem domini cuius vita fidelibus est exemplar pergendi ad patriam (populus meus memẽto queso quid cogitauerit balach rex moab) scz nocere filijs israel. ideo per ipsum significatur diabolus qui dicitur Job quadragesimo p̃mo. Rex est super omnes filios superbie ꝛ semper querit iustis nocere (ꝛ qnid respõ

derit ei balaam) qui respondit ei prospe/
ra pro israel quod erat contrarium intē/
cioni sue. sic deus mala que querit diabo
lus contra iustos vertit ad diaboli con/
fusionem ⁊ iustorum gloriam sicut procu
rauit christi mortem que fuit ad eius ex/
altacionem ad Philippēses secundo. pro
pter quod ⁊ deus exaltauit illum ⁊ dona
uit illi nomen quod est super omne nomē
vt in nomine ihesu omne genu flectatur
celestiuz terrestrium ⁊ infernoruz ⁊c̄. Ad
diaboli deiectionem similiter procurauit
martirum occisionem quam deus ver/
tit ad eorum gloriam ⁊ diaboli confusio/
nem. (Quid dignum offeram ⁊c̄) Hic in
quirit propheta quomodo deo ꝓ suis be
neficijs debeat fieri recompensacio dig/
na. circa quod excludit primo falsam re
compensacionem dicens. (Et curuabo
genua deo excelso ⁊c̄.) quasi diceret sig/
na exteriora deuocionis vt oblacōnes ⁊
sacrificia non placent deo sine deuocōne
mentis ⁊ vita virtutis. Et subditur mo/
dus digne recompensacionis cum dicit̄.
(Indicabo tibi homo quid sit bonum.)
id est deo acceptum. (vtique facere iudi/
cium.) id est iuste viuere cum omnibus ⁊
diligere misericordiam cum indigentib⁹
(sollicitum ambulare cum deo tuo) eius
mandata diligenter custodiendo Ideo se
quitur. (Vox domini ad ciuitatem cla/
mat) id est in sacra scriptura (⁊ salus erit
omnibus timentibus nomen suum.) id ē
custodientibus mandata eius. (Audite
tribus ⁊ quis approbabit illud) quasi di
ceret. Pauci faciunt deo dictam recmo/
pensacōnem Ideo sbditur (Adhuc ignis
i domo impij) id est ardor fraudis ⁊ aua
ricie (⁊ thesauri iniquitatis ⁊c̄.) In domi
bus enim malorum christianorum freq̄n
ter inueniuntur talia. Et subditur pena
cum dicitur (Tu comedes ⁊ non satura
beris.) id est eucaristiam assumes ⁊ non
proficiet tibi sed nocebit (Et humiliacio
tua in medio tui) id est licet eleueris exte/
rius tamen deiectus es coram deo interi
us. (Comprehendes ⁊ non saluabis) id
est si facias bona de genere non erunt ti/
bi ad salutem propter defectum gracie. (
Et quos saluaueris in gladium dabo.)

id est bona que fecisti duz adhuc esses i
gracia per peccatum sequēs sunt morti
ficata. (Tunc seminabis ⁊c̄.) Per semē
intelligitur bonum verbum. (Per calci
acionem oliue) opus pietatis (Per mu
stum) spirituale gaudium que non pro/
sunt si mortificata fuerint per mortale
peccatum. Ideo sequitur (Et custodisti
precepta amri) id ē diaboli.

Capitulū. vij.

Ve mihi) Verbuz potest esse bo
ni prelati plangētis in populo
suo defectum boni ⁊ abundaci
am mali. Ideo sequitur (Quia fact⁹ suz
sic̄ q̄ colligit in autumno racemos vin
demie) id est remanentes post vindemi/
am qui sunt valde pauci ⁊ minuti respe
ctu prius collectorum. ⁊ sic frequenter
dyabolus primo colligit plures ⁊ maio
res. Unde dicitur Mathei septimo. La
ta est porta ⁊ spaciosa via que ducit ad
perdicionem ⁊ multi intrant per eam. (
non est botrus ad comedendum) Quia
pauci respectiue incorporantur christo
per fidem caritate formatam (precoq̄s
ficus desiderauit anima mea.) id est ha
bere bonas personas in dyocesi mea. ꝫ
non est ita Ideo subditur. (perijt sanct⁹
⁊c̄.) (Omnes in sanguine insidiantur
ad vocem dum proximis in corporibus
fama vel rebus possessis (malū manuū
suarum dicunt bonum) id est opera sua
mala dicunt bona sicut exactor dicit ꝙ
facit zelo iusticie vel propter bonum cō/
mune ⁊ princeps postulat. scilicz exacti/
ones ⁊ iudex in reddendo est. Nam eius
ballini ⁊ prepositi reddunt quod petit d̄
grauamine populi (qui optimus in eis
est) id est minus malus (quasi paliurus
) que est herba pungitiua. quia talis pū
git populi corda (⁊ qui rectus) respectu
peiorum (quasi spina de sepe) (Dies spe
culacionis ⁊c̄.) Hic ponitur predictorū
punicio diuina. Tunc enim videt ⁊ visi
tat peccata. Ideo sequitur (Nunc erit
vastitas eorum) non solum ab extrinse/
cis. sed ab intrinsecis. Ideo subditur. (

(nolite credere amico) q̃tumcũq̃ intio.
quia nulla pestis grauior ad nocendũ q̃
familiaris inimicus (filius contumeliam
facit patri) scz carnali ⁊ eciã spirituali. id̃
sequitur in persona boni prelati (ego autẽ
ad dominũ aspiciã) quia per ipsum soluz
possunt tanta mala r̃mediari (Ne leteris
) omnis homo debet ex caritate diligi. qr
q̃diu viuit potest ad bonum cõuerti. sed
multitudo demonũ est in malo confirma
ta et sic est humani generis inimica prop
ter quod de casu bonorum letatur quorũ
tamen aliqui resurgunt et sic in eorũ per/
sona demonibus dicitur (ne leteris inimi
ca mea sup̃ me quia cecidi) per culpam (
consurgam) per dei graciam (iraz domi
ni portabo) id est penaz tempalem hic vl̃
in purgatorio (donec causam meaz iudi/
cet) perfecte me iustificando (⁊ aspiciet in
imica mea) id est demonũ multitudo ma
ligna (⁊ operietur cõfusione) in exaltacõ
ne mea (q̃ dicit) id est dicebat dũ adhuc
essem in culpa (vbi est domin⁹ de⁹ tuus)
quasi dicerz nõ liberabit te de manu mea
⁊ quia deiectio demonũ cedit ad gloriaz
sanctorũ. ideo subditur in p̃sona eorum (
ocl̃i mei videbũt ꝛc̃) (dies) scz veniũt vt
edificent̃ macerie tue) id est angeloruz ru
ine que de electis reparãtur (in die illa lõ
ge fiet lex) scz scripta. naz omnes electi de
um videbunt immediate Jheremie. xxxi.
⁊ non docebit vltra vir p̃ximum suum ⁊
vir fratrẽ suum di. cognosce dominũ. om
nes enĩ cognoscent me a minimo vsq̃ ad
maximũ ait dominus (in die illa vẽiet as/
sur) qui interpretatur sustollens angusti/
am. ideo dicitur Apoc̃. xxi. Et absterget
deus omnẽ lacrimam ab oculis sanctoꝝ
⁊ mors non erit vltra neq̃ luctus neque
clamor neq̃ dolor erit que p̃ma abierũt.
(⁊ vsq̃ ad ciuitates munitas) id est man
siones sanctoruz omnibus bonis plenas
(⁊ a ciuitatib⁹ vsqz ad flumẽ) id ẽ spirit⁹
sancti abundanciã. Apocalipsis. xxij. Et
ostendit mihi fluuium aque viue splendi/
dum sicut cristallũ (⁊ ad mare de mari.)
id ẽ ad plenitudinem leticie (⁊ ad montẽ
de monte) id est ad altitudinem de altitu/
dine gracie. ⁊ per oppositũ dicit de repro/
bis (⁊ terra erit in desolaciõem) id est ho

mines terreni erunt in damnacõem (pro
pter habitatores suos) id est p̃pter demo/
nes quos in habitaculis suoꝝ cordiuz re
ceperunt ⁊ hoc eciam cedet ad gloriã ele
ctorum. (Pasce populũ) quoniã perfectõ
vite contẽplatiue est quedam inchoatio
vite celestis de qua locut⁹ est in parte im/
mediate precedẽti. ideo loquit̃ hic de p̃fe/
ctione ɔtemplatõnis que pertinet ad sta/
tum religionis dicens (pasce populũ tuũ
) per votum religionis tibi consecratum
pabulo tue recreacionis. id̃o subditur (i
virga tua ꝛc̃.) id est in possessione tua. vir
ga nãq̃ frequẽter accipitur in scriptura
⁊ eciam ɔmuni modo loquẽdi pro men/
sura terre vel hereditatis. Igitur in v̄ga
dei seu hereditate pascuntur qui diuinis
consolacionibus recreãtur quod contem
platiuis confertur (habitãtes solos in sal
tu) id est in loco a tumultu negocioꝝ ter
restrium sep̃ato (in medio carmeli pascẽ/
tur ꝛc̃) id est in locis delectabilib⁹. nã cuz
d̃o ⁊ angelicis spiritib⁹ est talium cõuer
satio. scd̃m illud Phil̃. iij. Nostra autẽ cõ
uersatio in celis est (iuxta dies antiquos)
id est eccl̃e primitiue. Tunc enim fuerunt
excellenter cõtemplatiui (scd̃m diẽ egres/
sionis tue de terra egipti ostendam ei mi/
rabilia) Nam in primitiua eccl̃a fuerunt
tanta ⁊ maiora miracula (videbunt gen
tes ⁊ confundentur) Nam gentiles vidẽ/
tes miracula nomine christi facta confũ
debant̃ de sua ydolatria eam totaliter re
linquentes. ideo subditur (Ponẽt man⁹
sup̃ os ⁊c̃.) volẽtes loq̃ vel audire aliq̃d
de ea (lingẽt puluerẽ). id est accipient ma
gnam humiliacõem. sicut legitur de con
stãtino q̃ officium stratoris exhibuit bea
to Siluestro (dominũ deum nostrum nõ
desiderabunt) id est eius aduentum ad iu
dicium in morte donec fecerint opera pe/
nitencie. ideo sequitur (⁊ timebunt te) id
est rigorem iusticie tue ⁊ quia talium de⁹
miseretur. subditur (quis deus similis ti/
bi qui aufers iniquitatem) scz vere penitẽ
cium (non immittet vltra furorem suum
) si permanserint in bono (deponet om̃es
iniquitates nostras ⁊c̃.) id est non appa
rebunt ad confusionem ⁊ punicionem vl
tra (dabis misericordiam iacob ⁊c̃) red/

dendo ꝓmissa in gloria sempiterna.

Explicit Micheas ꝓpheta.
Incipit Naum.

Capitulū ꝑmum.

Onus niniue ꝛc.) sequitur (deus emulator ⁊ vlciscens ⁊c.) Per hoc ostendit rigor diuine iusticie quo nō dimittitur dedecus culpe sine decore punicōnis iuste Ideo subdit (⁊ mundans nō facit innocentē) id est mundans peccatū nō dimittit impunitū (dn̄s in tēpestate ⁊ turbine ꝛc.) hic ꝯsequēter ostēditur vigor sue potencie cui nullus pōt resistere. ꝑmū debz nos monere ad vitandū eius offensaz. scientes ꝙ eam nō dimittz impunitā Scd̄m ad sustinendū paciēter penā qꝛ durum est ꝯtra stimulū calcitrare. (Bonus dn̄s) hic ꝓphetat destructionem regis niniue scz sennacherib q̄ deuz blasphemauit ⁊ cultum dei de ierusalem auferre voluit vt habet. iiij. Regū. ꝓpter qd̄ antichristꝰ significatur ꝑ ipsum q̄ deū blasphemabit ⁊ eius cultū de eccl'a tollere tentabit. q̄a tn̄ deus tunc electos ꝯfortabit. dicit (bonus dn̄s ⁊ cōfortans ꝛc.) scz in antixp̄i tribulacōe futura (⁊ sciens sperātes in se) sciencia approbacōis (⁊ in diluuio p̄tereunte) id ē in antichristi ꝑsecucōne que dicit diluuiū preteriēs. quia grauis erit ad sustinendū. ꝫ breuiabit ꝓpter electos. Math. xxiiij. (ꝯsummaciōem faciet) nam antichristū ⁊ eiꝰ exercitū pro magna ꝑte destruet. (⁊ inimicos eiꝰ) scz xp̄i ⁊ eccl'e (ꝑsequētur tenebre) scz inferni in quibꝰ punietur antixp̄us ⁊ satellites sui. (quid cogitatis cōtra dominū) scz tu antichriste ministri tui (ꝯsummacōez ip̄e faciet) id est destructōm tue potestatis (⁊ nō consurgz duplex tribulacō) q̄a post persecucōem antixp̄i alia nō succedz (q̄a sicut spine se inuicē ꝯplectūtur ꝛc. ⁊ sic simul cōburuntur) ⁊ sic erit de antixp̄o ⁊ adherētibus sibi q̄a simul ꝯburentur igne infernali (ex te enī exibit cogitās cōtra dominū ⁊c.) Hic dicit de nuncijs ab antichristo p̄missis (Hec dicit dn̄s si ꝑfecti fuerit ⁊c.) .i. si potenciores ⁊ pluēs tamē destruentur (⁊ nō affligam te vltra) q̄a ptꝰ mortez antixp̄i nō affligetur eccl'a (⁊ precipiet suꝑ te dominꝰ) .i. suꝑ antichristū Michael archāgelus de precepto dn̄i fulminabit (⁊ nō seminabit ex nomie tuo āplius) Nam antichristꝰ nō relinquet semen ad eccl'e ꝑsecucōem (de domo dei tui) id est idoli tui (interficiā) .s. idolatras (sculptile ⁊ ꝯflatile ponam sepulchrū tuū) Naz antichristꝰ morietur in idolatria demonis sibi p̄uati (ecce suꝑ montes ꝛc.) sicut sennacherib debellato ꝑ angelum nuncij ezechie discurrerūt ad ꝯgregandū populuz in irl'm vt de tāto bn̄ficio gracias agēnt deo. sic antichristo ꝑ angelū fulminato ꝯgregabūtur fideles ad celebrandū sollenniter eucaristie sacramentū. Ideo subdit (celebra iuda festiuitates tuas ⁊c.)

Capitulū. ij.

Ascendit qui dispergat ꝛc.) hic ad lr̄am describit destructio niniue ꝑ babilōios ꝑ quā mistice pōt intelligi destructio iudee ꝑ romanos et nomina ꝯsonāt nam niniue germē pulchritudinis interp̄tatur ideo ꝑ ipsam iuda significatur eo ꝙ in ipsa natꝰ fuit christus de quo d̄r Jhere. xxiij. Ecce dies veniunt dicit dn̄s ⁊ suscitauit dauid germē iustū ⁊c. similit ꝑ babilonios significātur Romani. vnde prima. pet. i. Roma babilon vocat ibi em̄ d̄r salutat vos ecc̄a i babilone collecta. i. in Roma ꝑm h̄ igitur p̄mo ponit iudee vastacō cū dicitur (ascendit qui dispdat te ⁊c.) quia Romani. veniendo versꝰ irl'm destruxerūt terrā. post obsederūt irl'm (ꝯtēplare viam ⁊c.) iudei em̄ cōsiderant qualit possent Romanos impedire i via ⁊ se ip̄os fortificare sed eis nō valuit et subditur cā cuz d̄r (quia reddidit dominꝰ suꝑbiam Jacob ⁊c.) ꝓpt duplicem em̄ suꝑbiam scz ꝯtra cristū et contra romanū impiū vastati fuerūt (clipeꝰ forciū eiꝰ) scz Romani exercitus (ignitꝰ) id est refulgēs ad solem et ad iudeoꝝ terrorē (viri exercitꝰ i coccineis) id est rubeis ex sanguine ideoꝝ (ignee habene) id ē refulgē

refulgētes (currus) id ē curruū. Et agitatores eius ꝯsopiti ⁊c̄) naꝫ currus in q̄bꝰ portabāt̄ arma romanorum ⁊ victualia erāt in tanta multitudine ꝙ aliq̄n̄ inuicē collidebant̄ ⁊ ductores ebrij videbant̄ (aspectꝰ eorū q̄si lampades).i. terribiles (⁊ p̄parabit̄ vmbraculū).i. tētoria romanorū circa ierusalē. ⁊ sic pꝫ obsidio (Porte fluuiorū ⁊c̄) ezechias rex ierusalē fecit duplicem piscinā aquarum ad fortificatiōem ciuitatis que dicunt̄ hic fluuij sed non obstiterunt romanis. iō dicit̄ (porte fluuioruꝫ apte sunt) in q̄ notatur captio ciuitatis ⁊ captiuatō ꝓpl̄i ⁊ depdacio bonorum cū dicitur (diripite argentum ⁊c̄) nam romani rapuerūt omnia (⁊ facies omniū).s. iudeorum (sicut nigredo olle) ex fumo incendij ⁊ fame (ad aquam ruit leo) id est ad abundāciam p̄de iuit tytus libere absqꝫ impedimēto. qꝛ tamē postea dissipatum est impium romanuꝫ ex sua supbia sbdit̄ (ecce ego ad te dicit dn̄s ⁊c̄)

Capl̄m iij.

Ve ciuitati sanguinū ⁊c̄.) sic dc̄ꝫ est p niniue de qua loq̄tur ad literam ꝓpha significat̄ irl̄m que bene dicit̄ ciuitas sanguinū eo ꝙ effudit sanguinē cristi ⁊ eius discipuloꝝ (vniuersa mendacij) naꝫ occidit cristū qui ē ip̄a veritas (dilaceratione plena) qꝛ sicut dicit ioseph⁹ libro d̄ iudaico bello. ante aduentū romanorū erat plena itestinis dissensiōibus (nō recedet a te rapina) quia maiores rapiebāt minorū bona ⁊ subdit̄ pena p romanos inflicta cū dicitur (vox flagelli ⁊c̄) in quo describit̄ multitudo ⁊ fortitudo exercitus romani ⁊ multitudo interfectiōis ꝓpl̄i iudaici iō subdit̄ (nec ē finis cadauerū) ⁊ sbditur cā cū dicitur (ꝓpter multitudinē fornicationū merec̄cis).i. ierusalē que non solum spōsuꝫ suū xp̄ꝫ negauit. ꝫ etl. occidit (speciose ⁊ grate) h̄ dicit̄ qꝛ deus illā ciuitatē illis suis gracijs añ decorauerat ⁊ ip̄a ipsū inhonorauit. ido subdit̄ (habentis maleficia) ꝯtra sponsuꝫ (suū cristū q̄ vendidit gētes in fornicatiōibus suis) dicit̄ enim ij. machabeorum iiij. ꝙ optīos epheboruꝫ in lupanarib⁹ posuerunt (⁊ familias in maleficijs suis) qꝛ sacerdotes docuerūt filios transgredi mādatum dei. de honore parentum ex cupiditate sua (Ecce ego ad te dicit dn̄s) scꝫ puniēdū ꝓpter dicta flagicia (⁊ r̄uelabo pudenda tua) nā post cedem iudeoꝝ p romanos remanebant corpora nuda (⁊ regnis ignominiā eorum) quia venditi ⁊ ducti fuerūt p diuersa regna. (et erit omnis qui viderit te resiliet a te) tanq̄m ab abominatiōe catholici eni ⁊ sarraceni abominā̄t̄ eos sicut viles (quis mouebit sup te caput.) ꝯpaciendo tibi q.d. pauci aut nulli (nunq̄d melior es).i. forcior (alexādria).q.d nō iō subditur de fortitudine alexādrie (que habitat in fluminib⁹ ⁊c̄) ⁊ tamē per romanos fuit captiuata iō subdit̄ (sed et ip̄a in transmigratiōe ⁊c̄) q.d. multo minus tu poteris resistere romanis ideo dr̄ (et tu ergo inebriaberis).i. miserijs r̄pleberis que describūtur cum subdit̄ (⁊ erit despecta ⁊c̄.) vsqꝫ ad finez capl̄i ⁊ p eoꝝ miserias significant̄ miserie inimicoruꝫ cristi

Explicit Naum ꝓpheta
Incipit Abacuck ꝓpheta

Onus qd̄ vidit abacuck.) scd̄m sensum literalē ꝓpheta denūciat r̄gni babilonis destructiōeꝫ eo ꝙ abusus fuerat a deo sibi data ptāte subijciēs sibi regnum iuda ⁊ alia plura nequiter ⁊ supbe Moraliter autē exponi p̄t de q̄libꝫ potente. potencia sibi data a deo p supbiā abutente ⁊ p̄mo ꝓpheta questionem mouꝫ loquens in psona iusti a supbo tribulati quare deus hoc pmittit dicens. (vsqꝫquo domie clamabo ⁊c̄) ⁊ patet sentencia (quare respicis ꝯtēptores) eos tēporalit̄ exaltādo (⁊ facies) id est fieri pmittes (q. pisces maris) quorū maiores deuorant minores (quasi reptilia nō hn̄cia ducem) ex hoc eni videt̄ simplicib⁹ et infirmis ꝙ deus non hēat de hoibus curam specialem (ꝓpter hoc lacerata ē lex) p aduocatos dolosos et iudices iniq̄s

(q non peruenit ad finem iudicium)id ē ad finem debitū(quia impius preualet) ec e iniquitas exaltata(aduersus iustū) ecce bonitas cōculcata(¶ Propterea egredi/ tur iudicium peruersum)ecce equitas cō demnata. ¶ Propter qđ quesitum ē quare deus cum sit iustus talia ꝑmittit ¶ Potest autem ad hoc responderi ex plurib⁹ sacre scripture locis quia deus permittit hoc ꝑ pter exercicium paciencie bonoruꝫ qđ vl terius valet ad augmentum glorie ipoꝝ q cedunt similiter ad honorem diuinum ad q̄m omnia principaliter ordinanť pro uer.xvi.vniuersa ꝓpter semet ipm opera tus est dominus(¶ Aspicite in gentibus et videte ꝛc̄)quasi dicēt in omnibus gentib⁹ videbitis superbiā iniquorum temporali ter prosperari ex diuina permissione ideo subditur(quia ecce ego suscitabo caldeos)qui interpretantur feroces qđ competit superbis qui nesciunt pacifice viuere cuꝫ alijs(gentem amaram)in conuersatione (q velocem)ad male agendum(ambulā tem super latitudinem terre vt possideat ꝛc̄)quia supbis nihil sufficit eo ꝙ supbie ambicio sit annexa(horribil)auditu(ter/ ribilis)aspectu(ex semet ipa iudicium et onus eius egredietur)nam ex suis o pib⁹ finaliter condēnabiť(leuiores pardis eq̄ eius ꝛc̄)per hec omnia significatur prom ptitudo eoꝝ q familie sue ad male agē dum(facies eoꝝ ventus vrens)id ē sim plices ꝓ posse suo annihilans Et quoniā diabolus est rex super omnes filios super bie vt dicitur Job xli.ideo de supbis trā/ sit ad eorum regem q caput diaboluꝫ di cens(q congregabit quasi arenam capti uitatem)scilicet peccatoruꝫ quia sicut di citur Math.vij.spaciosa est porta que du cit ad perditionem q multi intrant ꝑ eam (q ipe de regib⁹ triumphabit ꝛc̄) eos ad tirānidē iducēdo(q ridiculi ꝛc̄)i.ꝺridebit eos in iferno(sup omnē municionē) sc; virtutū(ridebit) spans ꝙ eam ꝺstruere possit ideo subditur(q oportabit aggerez)per quod significatur eius studiuꝫ ad ꝺ tuosos deficiendum quoruꝫ aliquos deꝼ cit ideo subditur(q capiet eam)tunc mu tabitur spiritus eius nō de malicia ad bo nitatem quia peccatum eius est irremedi abile ꝯ hoc dicitur quia in fine temporis cessabit actus sue tentationis q ꝑtransi/ bit ad locum gehenne q corruet in profū dum pene.(hec est fortitudo eius dei sui) i.nihil potuit facere nisi ꝑmissus ꝺi volū tate ꝓpter qđ subdit ꝓpheta(nūq̄o ñ tu a principio dñe deus ꝛc̄)q.d.non poterit nobis nocere quando voluerī. ꝓhibere(domine in iudiciū) hic ostenditur ad q̄d q quō deus demonibus vtitur.s.ad exe/ cutionē sue iusticie ideo dicť(in iudiciuꝫ posuisti eū)iudicium eni est executio iusti cie q̄m deus ꝓbat non tñ malā ꝺmo nū volūtatem qua hoc exequūť ideo seq̄ tur(mundi sūt oculi tui.) q quoniā hoies mali sūt instrumēta diaboli iō subdiť de eis(q̄re non respicis sup iniqua agētes ꝛc̄)ad ꝟ ād respōsuꝫ est supra(totū i hamo sublcuabit ꝛc̄,diabol⁹ per se q ministros eius q fit hic mentio de trib⁹ modis capi endi pisces ꝑ quos significanť hoies ꝟha mo capiunť magni.s.ꝓncipes q p̄lati.ꝓn cipes capiunť hamo tirannidis q supbie p̄lati hamo simonie. ¶ Reti capiūtur me/ diocres volū q fraudem q̄ per rete signi ficanť in mutuis ꝺmutationib⁹ exercen tes ¶ Sagena ꝟo indifferēter capiunť oēs iō significat luxuriā per q̄m aliq̄ de statu quolibet capiunť q qz diabol⁹ gaudet de tali captione seq̄tur(sup hoc letabiť q ex ultabit ꝓpterea immolabit sagene sue ꝛc̄). diligēdo q colendo (qz in ipis icrassata est ps eius ꝛc̄).i.multiplicatio peccā ciuꝫ (q cibus eius electus)nam incorpantur sibi ꝑ mortale peccatuꝫ.

Caplm ñ.

¶ Super custodiā meam stabo ꝛc̄) hoc moraliter dicit in psona boi p̄lati qui stat super custodiā gre gis sui q non super negocia principū nisi pro q̄nto hoc ordinatur ad salutē anima rum (q figam gradum meum sup muni tionem)studendo sacram scripturam q̄ turris dauitica nominatur(vt videā q̄d dicatur mihi)scilicet a domino qui ꝑ sa cram scripturam loquitur studentib⁹ eā (et quid respondeā) scilicet domino pro me et populo mihi commisso(q dixit scri be visum)quia studentes sacrā scripturā nō solū

non debent docere verbo sed etiã scripto scdm gratiam a domino sib datã (et explana eum ꝛc̃) quia dicit̃ ꝓuer. xiiij. Doctrina prudentuz facilis. (qꝛ adhuc visꝰ ꝓcul) id ẽ iudicium finale adhuc est longe in quo cristus diabolũ deijciet cũ omnibus mẽbris suis (si morã fecẽit expecta eum ꝛc̃) meditãdo iugiter de eius districtione (ecce qui incredulꝰ) cuiꝰ modi sũt infideles ⁊ mali cristiani (non erit recta anima eius) sed magis distorta a deo et angelis eiꝰ. (Et quomodo) hic describr̃ deiectio suꝑbi qꝛ sicut vinũ ꝑmo potãtez delectat ⁊ postea rõnis vsu ipm ꝑuat et ipm ad terrã deijcit et vomẽtẽ deturpat sic suꝑbia suꝑbuz deijcit atqꝫ fedat ⁊ sb̃ditur causa cũ dicitur (qꝛ dilatauit sicut infernus animã suam). i. voluntatez suã ad dñanduz ɔtra ratiõez (⁊ ɔgregabit ad se omnes gentes ꝛc̃) quia querit ab õnibus honorari ⁊ frequẽter accidit ɔtrarium quia a statu suo deijcit̃ ⁊ sic ab omnibus ɔtemnitur ideo subditur (nunq̃d non omnes isti super eum ꝑabolã sumẽt). i. verbum derisoriũ (ve ei qui multiplicat nõ sua) qd̃ facit suꝑbꝰ vt crescat dominatio eiꝰ (vsqꝫquo aggrauat contra se densum lutũ) violenter adquisitũ qꝛ per hoc adquirit odium multorum ideo subditur (nunquid non repente cõsurgẽt qui mordeant te ⁊c̃) ⁊ quia tales querũt edificare fortalicia vt ibi tueant̃ iõ subditur (ve qui congregat auariciam malã domui sue vt sit in excelso nidus eiꝰ) id ẽ refugiũ eius (quia lapis de ꝑiete clamabit) assumptꝰ de sanguine pauꝑis sicut dicitur Gene. iiij. Ecce vox sanguis fr̃is tui clamat ad me de terra ꝓpter quod sequitur (ve qui edificat ciuitatez in sãguinibus innocentũ nunquid nõ hec sunt a domino). q. d. non nisi ꝑmissiue ꝓpt̃ qd̃ non stabunt ideo sequitur (laborabũt populi in multo igni ꝛc̃) id est in multo zelo ad sustinendum opera suꝑbi ab eodez incitati sed frustra ⁊ subditur causa (quia replebitur terra vt ɔgnoscat gl̃iam dñi) venientis ad iudiciũ ⁊ destruentis opa suꝑborum (Ve qui potũ dat amico suo ꝛc̃) suꝑbus enim quãdo non põt aliquez suppeditare violencia auariciaz fingit vt eum proditorie occidere possit ⁊ ideo iuste bibet calicem ire diuine ideo subditur (tu quoqꝫ bibe ꝛc̃. quid prodẽ sculptile ꝛc̃) homines ꝑui aut nullius valoris simulacra dicuntur quos tamen suꝑbus potens ꝓmouet ad statum honoris sequẽs motum ꝓprie voluntatis ⁊ non ratiõis ideo subditur de ipo (ve qui dicit ligno expgiscẽ). naz imponit sibi ea que non p̃t exercere (dominꝰ autez in templo sancto suo) vnde talia respicit competenti tempore puniturus ⁊ tunc letabit̃ iustus cũ viderit vindictam

Capl̃z. iij.

Domine audiui) scdm sensum litteralem capitulum istud est orõ abacuc pro gratiarum actiõe de potestatis babilonice deiectione. Mistice vero est oratio ꝓ graciarũ actiõe de d̃iectione dyabolice potestatis ꝑ cristũ ⁊ sic dicitur (dñe audiui) per p̃dicationẽ tuaz ⁊ discipuloꝝ tuorum (auditũ tuum) id ẽ obedienciaz tuam deo patri de salute generis humani. (et timui) te timore filiali qui tanta pro me fecisti (in medio annoꝝ viuifica illd̃) xp̃us eniz xxxiij. anno qd̃ ẽ quasi medium etatis humane passus est ⁊ tunc per mortem suam viuificauit genus humanum (in medio annorum notum facies ꝛc̃) tunc enim liberando p̃res de limbo. notam fecit misericordiã suaz cõtra iraz suã de peccato ade (Deus ab austro veiet) h̃ poit̃ modꝰ q̃ veit ĩ mũdũ q̃ ꝓcessit ex feruore dilectõis dine Jo. iij. Sic deꝰ dilexit mundũ vt filium suum vnigenitum daret ꝛc̃. ⁊ hoc significatur ꝑ austrum vnde prouenit feruor caloris. (⁊ sanctus) id est cristus qui dicit̃ sanctus sanctoruz Danielis ix. (de monte pharã) qui interpretat̃ frugifer cristus eniz in humana natura processit de virgine fructifera que dicitur mons de quo abcisus est lapis sine manibus Daniel. ij. (opuit celos gloria eius ⁊ laudis eius plena est terra) nam in eius natiuitate angeli cantauerũt gloria in altissimis deo ⁊ in t̃ra pax hoibus bone voluntatis (splẽdor eiꝰ vt lux erit). s. i euidẽcia doctrine miraculis ɔfirmate (cornua in maibꝰ eiꝰ). i. manus eius in cornibus crucis fuerunt ex-

Mane autez facto ꝛc̄) sequitur (tūc videns iudas q; damnatus esset ꝛc̄) Origenes si autem locum penitencie requisisset et tempus penitencie obseruasset forsitan inuenisset eum qui dicit nolo mortem peccatoris sed vt magis conuertatur q viuat (emerunt ex illis agrum, figuli in sepulturam peregrinoꝝ) Augustinus peregrinis inquaz qui sine domo patria q toto orbe exules iactant requies cristi sanguine prouidētur Istos autem peregrinos esse dicimus deuotissimos cristianos qui renunciantes seculo q nihil possidentes in mundo in cristi sanguine requiescunt. (. Jesus autem stetit ante presidem ꝛc̄.). Sequitur. (. q non respondit ei ad vllum verbum .). Ratio dicta est capitulo precedenti secundum Augustinum Jeronimus vel ideo nihil respōdere voluit ne crimen diluens dimittere tur a preside q crucis vtilitas differret. (. Principes autem sacerdotum q seniores psuaserūt populis ꝛc̄) Orige. est q nunc videre quomō populꝰ iudeorum a seniorib⁹ suis q iudaice culture doctoribus suadet q excitatur aduersus ihm vt p̄oant eum q hodie in locis pluribus fit idem aduersus membra eius (innocens ego sum a sā gine iusti huius) leo papa excessit ergo pilati culpā facinꝰ iudeoꝝ hꝫ nec ipe euasit reatum qui reliquit ꝓprium iudicium et i crimen transiit alienū (tūc dimisit eis barabā ꝛc̄) hilariꝰ in quo archanum infidelitatis future ostenditur. s. anticristum cristo p̄ferendum (tūc milites presidis suscipientes iesum ꝛc̄). criso. que gꝰ erit nobis cura ꝺ cetero si ꝺtumelias ab aliquo paciamur postq; cristus hec passus est eteni qꝺ fiebat in cristo. vltimꝰ contumelie terminus erat nec vna ꝑticula tantum seꝺ vniuersuꝫ corpus paciebatur iniurias caput per coronam q arundinem q colla phos facies quia conspuebantur gene et alapis cedebantur corpus totum per flagella denudatum et circundationem cla midis ad fictam adorationem manꝰ p arundinem q̄m dederunt ei sceptro acq̄rerent.

merent ne ꝑtermitterent aliquid grauissi
me presũptionis. Moraliť Raban⁹ caput
cristi d̃us igiť calamo cristi caput ꝑcuci
unt qui diuinitati eius cõtradicentes er
rorem suum autoritate sacre scripture q̃
calamo scribitur firmare conantur Spu
unt in faciem eius qui pñciam gratie sue
verbis execrãdis respuunt ⁊ deuz in car
ne venisse denegant Falso autez illũ ado
rant qui eum credunt sed peruersis acti
bus despiciũt (⁊ duxerunt eum vt crucifi
geretur extra ciuitatez) vt per hoc osten
deret̃ ꝙ pro tocius mundi salute paciebа
tur Hebre. xiij. ihs vt sanctificaret ꝓplm
suum extra portã passus ẽ (exeuntes aũt
inuenerunt hominẽ cyreneum ꝛc̃). Jero
nim⁹ Mistice crucem suscipiunt nationes
⁊ peregrin⁹ obediens portat ignominiaz
saluatoris (⁊ dederunt ei bibere vinũ cũ
felle mixtum ꝛc̃) hoc moraliter faciunt q̃
membra eius amaritudinib⁹ affligũt (di
uiserunt vestimenta eius ꝛc̃) hoc nequiť
attentãt qui ecclesias spoliant (tunc cru
cifixi sunt cuz eo ⁊c̃) Remigius per istos
duos latrones designãtur omnes qui ar
cioris vite cõtinenciam apprehendunt q̃
cunqz enim intentione placendi deo hoc
faciunt designantur per illũ qui a dextris
xp̃i crucifixus est qui vero pro appetitu
laudis humane vel aliqua minus digna
intentione per illum qui a sinistris (ꝑtere
untes autem blasphemabãt ꝛc̃) sic ⁊ mõ
qui viam pretergrediuntur iusticie non
cessãt ip̃z blasphemare (si filius dei es d̃
scende de cruce) Rabanus si autẽ de cru
ce descenderet virtutem paciencie nõ de
monstraret sed expectauit paululum irri
sionem sustinuit ⁊ qui de cruce descende
re noluit de sepulcro surrexit (A sexta ãt
hora ꝛc̃) Orige. sicut moyse extẽdente ma
nus in celum facte sunt tenebre super egy
ptios sic et cristo hora sexta man⁹ exten
dente in cruce ad celum super populum
qui clamauerat crucifige eum facte sunt
tenebre ⁊ omni lumine priuati sunt in si
gnum futurarum tenebrarum que appre
hensure erant iudaicam gentez (de⁹ me⁹
vt quid dereliquisti me). glosa subtraxit
protectionẽ sed non soluit vnionẽ sic mar
tires in manibus carnificum dereliquit

quos tamen caritate firmissima sibi iun
xit (Jesus autem clamans voce magna
emisit spiritum) ostendens ex clamore su
pernaturali ꝙ ex maxima caritate tradi
dit nostre salutis precium. (et ecce velum
templi scissum est ꝛc̃) dei templum est fide
lis anima. i. Cor. iij. Templuz dei sanctũ
est qd̃ estis vos Cuius velũ scinditur qñ
velamẽ ypocrisis dissipatur Terra moue
tur quando terrenũ desideriuz in amorẽ
celestiũ cõmutatur. Et petre sciduntť qñ
duricia cordis ꝑ pietatẽ emollit̃. Et mor
tui resurgũt qñ sõnus pigricie ad boni o
peris exercicium excitatur (Cum sero fa
ctũ eẽt ꝛc̃). seq̃ť (⁊ petijt corp⁹) ille corp⁹
dñi postulat qui pro digna receptione eu
karistie deũ suppliciter exorat Et inuol
uit sindone munda quãdo recipit mente
pura. Et ponit i monumẽto nouo. i. i cor
de per gratiã renouato. Et aduoluit sa
xum magnum ad hostium quãdo ponit
diligens obstaculum contra peccati reci
diuũ. Et mulieres sedent cõtra sepulcrũ
cum anime d̃uote considerant passionis
cristi misterium (Altera autem die) sequi
tur (iube ergo custodiri sepulcruz ꝛc̃) no
tandũ ꝙ volentes impedire diuinam pro
uidenciã contra suam intentiõem ꝓmo
uent illã sicut ioseph fratres vendiderunt
ip̃m ne adorarent eum et ꝑ hoc cõpulsi
sunt eum adorare scd̃m prouidenciaz or
dinis diuine sic principes iudeorum volẽ
tes impedire celebritatem nominis cristi
fuerunt valde diligẽtes de custodia sepul
cri ⁊ per hoc celebrata est fama de verita
te sue resurrectionis ⁊ per consequẽs sui
nominis (⁊ erit nouissimus error peior ꝑ
ore) veritatem ignoranter dixerunt sicut
⁊ cayphas nam error eoruz quo milites
pecunia corruperunt vt furatũ cristi cor
pus mentirent̃ peior fuit errore ꝙ petiue
runt custodiã sepulcri ne discipuli corpus
cristi furarẽť Cplz xxviij.

Vespe aũt sabbati) sequit̃ (⁊ ecce
terre motus ⁊c̃) beda ꝙ t̃re mo
tus resurgente domino sic̃ ⁊ ip̃o
moriente in cruce factus est magn⁹ signi
ficat terrena ꝑus corda per fidem passio
nis resurrectionis eius ad penitenciam
cõcuciẽda salubris pauore ꝯmota (ange

pus eniz dñi descendit de celo) angel⁹ iste
significat bonū prelatum de quo dicitur
Malachie.ij.angel⁹ dñi exercituū est qui
descendit de altitudine contemplationis
diuine ꝓpter reuelationem necessitatis ff̄
ne(q reuoluit lapidez).i.impedimentum
qui remouet mentes subditorum ad con
sideracionem mortis cristi per compassio
nem q resurrectionis eius per celestiuz a/
morem(aspectus eius sicut fulgur)nā ob
stinatos terret(vestimenta eius sicut nix
)quia penitentes demulcet in signum hu
ius subditur(pre timore autē eius exterri
ti sunt custodes q mulieribus dixit nolite
timere Venite q videte locum ꝛc̄.).ꝑ di
ligentem meditationem p̄dictorū(q cito
euntes).id est alios inducentes ad simile
bonuz(precedet vos in galileam ꝛc̄)que
transmigratio interp̄tatur qz xp̄s trāsmi
grans ad celestia p̄cessit ad p̄parandū ele/
ctis suis loca. (ibi eum videbitis facie ad
faciem in gloria(q occurrit illis ihs)Ra
banus per hoc ostendit omnibus iter vir
tutum inchoantib⁹ vt ad salutem perpe
tuā ꝑuenire queant adiuuando se occur
rere (dederunt militib⁹ pecuniam ꝛc̄)hy
lari⁹ emittit g° resurrectionis silencium
q furti mendacium argento qz honore se
culi qui in pecunia est q cupiditate cristi
gl̄ia denegat̄ . Jt̄e istis iudeis similes sūt
qui cū magnis sumptib⁹ q laborib⁹ conā
tur ad subuersionē veritatis in speculabi
libus q agibilibus cui⁹mōi sūt aduocati
dolosi q doctoꝛes gl̄iosi q illi qui eos ad h̄
ducunt(Undecim discipuli abierunt ī ga
lileā in mōtē quidā ꝛc̄)in monte quidē ap
paruit eis domin⁹ vt figificaēt q corpus
qđ ō cōi generis humani terra nascēdo
suscepat.iā sup oia terrena sublcuabat q
vt admoneret fideles si illic celsitudinem
resurrectiōis ei⁹cupiūt videre h̄ ab ifimis
voluptatib⁹ studeant ad supna desideria
trāsire(eūtes ergo docete oēs gentes ba/
ptizantes eos ꝛc̄)ex h̄ patet q p̄dicatoꝛes
euāgelij debēt oibus magnis q ꝑuis fine
acceptiōe p̄dicare q ministrare sacramē
ta scd̄m gratiā q ptātem imediate a dño
vel per ministros suos sibi datā quib⁹pro
mittitur assistencia dñi cū dicitur(q ecce
vobiscū sum ꝛc̄)scz dirigēdo p̄monē ad sa
lutem audiencium et meritum vr̄m .

Explicit Matheus.
Euangelista .
Incipit Marcus

Jnicium euāgelij Jesu cristi filij dei sic̄ scri
ptum est in Jsaia)per hoc q marc⁹ euan
gelīū a verbis ꝓpheticis inchoauit p̄dica
toꝛē euāgelij p̄monez incipere a sacra scri
ptura debere ñ a poeticis verbis aut phi
losophicl.demōstrauit(fuit iob̄es in deser
to ꝛc̄) Jero.vestis āt iob̄is cib⁹ q potus .
austerā vitā p̄dicancīū designat (veniet
enim. forcioꝛ post me ꝛc̄) Per hoc oñdit
iohānes q predicatoꝛ veritatis se iactaē
non debet sed magis alios veraciter tam̄
emendare(venit ih̄us ad nazareth ꝛc̄).s.
vt baptismum iohannis q eius doctrinā
approbaret in hoc dans exemplum maio
ribus vt approbēt bona opera subditorū
(q statim ascendens de aqua vidit celos
aptos ꝛc̄) ꝑ hoc designatum fuit q bapti
zatus baptismo cristi recipit spiritumscī̄
q efficitur dei fili⁹ adoptiu⁹(q statim spi/
ritus expulit eum in desertuz ꝛc̄) ꝑ hoc in
sinuatur q illi qui sunt filij d̄i adoptiui se
quūtur instinctum spiritussancti Rō.viij.
Qui spiritu dei agūt̄.hi filij dei sunt(erat
q cum bestijs).scilicet pacifice(Et ange
li ministrabant ei)per hoc moraliter insi
nuatur q illi quoꝛum sensualitas sub ra
tione pacifice tenetur per angelorum mi
nisterium ad celestia transferentur (venit
Jesus in galileam predicans ꝛc̄) per hoc
insinuans q predicatoꝛ euangelij prius
debet transmigrare de carnalibus ad
spiritualia q de terrenis ad meditandum
celestia quia galilea transmigratio inter/
pretatur. .(Et preterlens secus mare
galilee

galilee vidit simonem ⁊ andream ⁊c̄) per
hoc autem ꝙ petrus ⁊ andreas relictis r̄
tibus ⁊ iacobus ⁊ iohēs r̄licto patre vo
cantem dn̄m statim secuti sunt nobis oñ/
ditur ꝙ nec cupiditas temp̄alis nec affe
ctio carnalis retrahere nos debent a seq̄
la xp̄i (⁊ stupebant in doctrina eius erat
enim docens q̄i potestatem habens) id ē
suam doctrinam confirmans operibus
miraculorum (⁊ non sicut scribe) qui suā
doctrinam affirmabant iactancia ver/
borum per hoc ostenditur ꝙ predicator
euangelij non debet doctrinaz suam ostē
tare verborum affluencia sed eam firma
re ꝑ opera sācta (⁊ erat in sinagoga eorū
homo in spiritu immūdo) per quē signifi/
catur homo pollutus carnis vicō de quo
dicitur (⁊ discerpens eum ⁊c̄) quia viciū
carnale non curatur nisi carnis afflictio
ne vt per que peccat quis per hec ⁊ torq̄/
atur (Decūbebat autem socrus simōis
febricitans) per quam significatur mulier
calore luxurie laborans) que manu eius
apprehensa sanat̄) quia talis mulier eius
repressa libertate curatur Ecc̄.xxvi. In fi
lia non aduertente se firma custodiam (
vespere autem facto cum occidisset sol af
ferebant ad eum omnes male habētes ⁊c̄
).beda Mistice solis occubitus passionez
mortem ꝙ significat illius qui dicit q̄m
diu sum in mundo lux sum mūdi A sole
occidente plures q̄m ante demoniaci et e
groti sanantur quia qui temporaliter in
carne viuens paucos iudeorum docuit.
omnibus per orbē gentibus fidei salutis
ꝙ dona transmittit (⁊ non sinebat ea lo
qui ⁊c̄) criso⁹ In hoc docens nos non cre
dere demōib⁹ etiā si vera dicāt qꝛ si aliq̄s
sibi credentes inuenerint veritatib⁹ men
dacia miscent vnde i collatiōe moysi ab/
batis dicitur ꝙ quidaz anachorita dece
ptus fuit a demone i angelū lucis se trās
formāte qui post plura verba que sibi di/
xerat ꝓiecit se ip̄m in puteum ad eius ꝟ
buz nam ei dixit ꝙ tanti meriti erat apd̄
deum ꝙ ex hoc nullū pateret̄ malū ꝙ fu
it falsū nam ex hoc fuit letaliter vulnera/
tus ⁊ cito post mortu⁹ (Et diluclo valde
surgens abijt in desertum locū ibi ꝙ ora
bat) per hoc ostēdens ꝙ predicator euā

gelij redire debz ad oratiōis secretū vt ibi
hauriat qd̄ ꝓplis postea effūdat idō seq̄
tur (eam⁹ in proximos vicos ⁊ ciuitates
vt ibi predicez ⁊c̄. ⁊ venit ad euz leprosus
⁊c̄) per lepraz que morbus est ꝯtagiosus
originalis culpa significatur que per car
nalem generationē ad posteros deriuat̄
qui manu cristi tactus sanatur quia ꝟtu
te eius per baptismū emūdatur ꝑ oblatio
nem aūt muneris ⁊ diulgationem operl.
significat̄ ꝙ baptizat⁹ tenetur deo fideli
ter seruire ⁊ euz iugiter collaudare

Capl'm .ij.

Et iterum intrauit capharnaum
) sequit̄ (⁊ venerunt ad eum ferē
tes ꝑaliticum) per quez significa
tur turpi marcens ocio. lect⁹ in quo iacz
est praua cōsuetudo Portatores eius vt
sanetur a cristo sunt quatuor sue salutis
procuratores. s. monens secrete. predicās
publice. Orans pro eo. ⁊ inuitans exem/
plo ⁊ sic ante deum locatur ⁊ dictoꝝ me
ritis si tamen obicez non ponat sed magl.
consensum sanatur ⁊ tollit lectū male cō
suetudinis per exercicium boni operis et
sic procedens de virtute in virtutez vadit
ad domuz suam celestem Illi vero qui in
de murmurant significant demones qui
inde valde dolent (⁊ cum p̄teriret vidit le
ui alphei sedentez ad teloneum ⁊c̄) ibi se
dent aliqui cupiditate lucri. per artē cam
psoriā ⁊ aliqui per artem deceptoriam in
ludo taxillorum ⁊ aliqñ tales vocantur
a domino non solum ad penitenciā agen
dum sed etiam ad predicandum sicut h̄
vocauit matheum ⁊ cum talibus voluit
discūbere ostendens ꝙ nullus debet eos
despicere ignorās q̄d deus de ip̄is dispo
suit ordinare (Et erant discipuli Johan
nis ⁊ pharisei ieiunātes ⁊c̄) per istos aūt
qui ꝓpter ieiunium se discipulis xp̄i p̄fere
bant significantur ipocrite ꝓpter apparē
ciam sue religiositatis alios ꝯtemnentes
dicentes illud luce. Non sum sicut ceteri
hominum raptores adulteri ⁊c̄. sequitur
ibidem ieiuno bis in sabbato ⁊c̄ (Et fa/
ctum est iterum cum dn̄s sabbatis ambu
laret per sata ⁊c̄) per sata significantur sa
cri libri in quibus sunt semina verbi dei.
igitur discipuli per sata cum cristo ambu

lant cum sacras scripturas deuote stu/
dent ⁊ hoc fit sabbatis quia studium hoc
quietem exigit mentis Spicas autez vel/
lunt cum ibidem vite panem inueniunt
sed tunc mãducant cũ sibi ꝑ impletionez
opis incorꝑant ⁊ hec refectio a malignã
tibus reprobatur sed a xp̃o veraciter ap
probatur

Capitulum .iij

Et introiuit ihs iteruz i sinagogã
⁊ erat ibi homo habẽs manũ ari
dã ꝛc̃) per manũ que est organuz
organorum vt dicit̃ iij. de aĩa. intelligitur
opus meritorium ⁊ iõ man⁹ ẽ arida que
est ad hoc opus inualida sed cuz ad v̄bũ
cristi surgit ꝑ gratiã tunc manũ extendit
ad sanctã operationẽ (exeuntes autẽ pha
risei statim cum herodianis ꝛc̃) ꝑ pharise
os qui diuisi interp̃tantur discoli qui dissẽ
tiones faciunt significãt̃ ꝑ herodianos
autem suꝑbi quia gloriosi in pellibus int̃
pretantur. Isti vero consilium faciunt cõ
tra ihm q̃ cũ hũilib⁹ ⁊ caritatem habẽti
bus cõmorãtur ⁊ ideo recedit ab eis se e/
longando ⁊ humiles sequũtur et a deo sa
lutem consequũtur (Et ascendens in mõ
tem vocauit ad se quos voluit ꝛc̃). ꝑ hoc
autẽ ꝙ apostolos instituit in monte signi
ficauit ꝙ episcopi qui sunt apostolorũ suc
cessores in suꝑiori gradu sunt ecclesie vñ
dicũt̃ ab epi qđ est supra ⁊ scopos intẽcio
quia supra gregem dñicum debẽt intende
re vt eum dirigere valeant ad suꝑna (⁊ fe
cit vt essent duodecim.) ad significãdũ ꝙ
quilibet eorum per q̃tuor ꝑtes sue dioces̃
fidem trinitatis debet p̃dicare Duodeci
.n. consurgũt ex ductu quaternarij ꝑ ter/
narium. (⁊ dedit eis potestatem curandi
infirmitates) peccatorum (et eijciendi de/
monia) i. excõmunicandi suꝑbos ⁊ rebel
les de ecclesia (⁊ ꝯuenit iterum turba vt
non possent neqꝫ panem mãducare) hoc
est contra illos qui dimittunt opus p̃dica
tionis ꝓpter saturitatem comestionis. (et
cum audissent discipuli sui exierũt tenere
eum ꝛc̃) similiter illi qui sunt feruidi ad se
quẽdum xp̃m a mundanis hominib⁹ in
sani reputantur ⁊ ab eis q̃ꝫtum possũt re
tinentur. (quomõ potest sathanas satha/
nam eijcere) hoc autem moraliter fit qñ
vicium vnum aliud expellit vt prodigali
tas auariciam vel econtrario (etsi regnuz
in se diuidatur ꝛc̃) regnum anime diuidit̃
quando sensualitas rationi contrariatur
(et si domus super se ip̃am dispciatur ꝛc̃
) hoc contingit in eodem hoĩe qñ habit⁹
malus ad aliquid inclinat cui consciẽcia
recalcitrat (nemo potest vasa fortis diri
pẽ ꝛc̃) iste fortis est fomes qui fortiter incli
nat ad malum sed per rationẽ fortiter alli
gatur quãdo virtutis habitus in irascibi
li ⁊ cõcupiscibili per bonum exerciciũ fir
matur ⁊ tunc eius vasa id est opera dissi
pantur (. ⁊ veniunt mater ⁊ fratres foris
stantes ꝛc̃) cristi mater ⁊ eius fratres dici
possũt sinagoga iudei qui foris stare dicũ
tur cristo predicante quia gentibus cri
sto credentibus. sinagoga cum iudeis ex
tra fidem mansit pro maiori ꝑte

Capitulũ .iiij.

Et iteruz cepit ihs docere ad ma
re ꝛc̃) sequitur (ecce exijt seminãs
ꝛc̃) sicut docet quis verbo sic etiã
exemplo Mathei xiij. ꝑabolam istaz expo
sui de verbo doctrine hic autem expõi po
test de exemplo vite ꝙ semẽ dici potest vi
dentes autẽ exemplũ hoc semen recipiũt
sed diuersimode. nam aliqui sũt demonũ
suggestionibus peruij. qui rapiunt semen
illud significatum per volucres ꝑ suꝑbiã
alta petẽtes Aliqui vero sunt in malicia
indurati sicut petra ꝓpter qđ semen in eis
nõ facit fructum Aliqui vero sũt sicut spi
ne pũgitiui et maledici ꝓpter quod ex bo
no exemplo non proficiunt sed magis đfi
ciunt attribuẽtes illud ipocrisi Aliqui ve
ro sunt bone voluntatis ⁊ deuoti ⁊ isti ꝓ
ficiunt inde. diuersis tamen gradibus se
cundum gratiam a domino sibi datam.
(Sic est regnum dei quẽadmodum si ho
mo iaciat semen in terra ꝛc̃). Gregorius.
Cum desideria bona concipimus. semen
in terra iactamus cum operari recta inci
pimus sherba sumus cum ad perfectum
boni crescimus ad spicam peruenimus
cũ in eiusdẽ opatiõis ꝑfectiõe solidamur
iã plenũ frumẽtũ in spica ꝓferim⁹ missio

vero falsis tēpus est bone mortis (cui assi
milabim⁹ regnū dei) sequit̄ (sicut granū
sinapis q̄d cū semiatuz est ꝛc̄) seminatō ē
boni propositi ꝯceptio ꝓfectus seminis
incipit a timore qui principiū est sapiēcie
⁊ est minimū inter septem spūssancti do/
na sed fit magnū itroducta caritate que
maior est omnibus v̄tutibus. i. Cor. xiij
et facit ramos per act⁹ caritatis distictos
in quibus aues celi. i. ꝯtemplatiui requie
scunt (⁊ facta est ꝓcella magna ꝛc̄) nauis
q̄m cristus ingredit̄ est anima iusti q̄ ab
eo per gratiaz inhabitatur ꝓcella v̄o sur
gens est tribulatio que frequenter insur/
git pie viuentibus in xp̄o sed xp̄us dor/
mit cum talia ꝑmittit scd̄m vulgale dc̄z
sed excitatur cū oratio pacientis exaudit̄
⁊ fit trāquillitas exterius cū ꝑsecutō ces
sat vel interius quādo deus sustinenti pa
cienciā prestat bonaz ⁊ hec trāquillitas
melior est q̄m prima sicut dictū fuit pau/
lo ij. Cor. xij. Sufficit tibi gratia mea ꝓ
pter quod subiunxit libenter eni gl̄iabor
in infirmitatibus meis vt ihabitet in me
virtus cristi

Capitulum v.

Et venerūt trāsfretum ꝛc̄) sequit̄
(statim occurrit eis homo d̄ mo
numentis ꝛc̄) per istū d̄moniacū
diabol⁹ significat̄ qui in monumentis et
mōtib⁹. i. in fedis ⁊ suꝑbis hominib⁹ ha
bitat (⁊ ꝯcidit se lapidib⁹). i. hominibus
in fide stabilibus quos acriter tentat sed
concidit̄ naz ab eis deuincit̄ (nomen ei⁹
legio) qꝛ multis in malum sociat̄ eius āt
eiectō per xp̄m significauit demonū mul
titudinem deuincendā per ip̄m ꝙ āt de/
mones eiecti porcos intrauerūt significat
ꝙ intrant ducentes vitam porcinā ⁊ eos
precipitant in gehennā (Et venit quidaz
d̄ archisinagogis) per quē intelligi potest
vnus de sacerdotib⁹ curatis qui si hēat a
liquā ꝑsonam in ꝑiculo mortis spūal' cui
non potest aut nescit succurrere debz ad
ih̄m venire. i. ad illū qui habz zelum salu
tis animaꝝ ⁊ scit ⁊ potest remediū adhi
bere ⁊ si aliqui velint impedire. d. ꝙ mor/
tua est. i. impossibile sit remediuz adhibē
ꝓpter hoc dimittere nō debet qꝛ de nullo
desꝑandū est vita p̄nti durante (⁊ mulier
que erat in ꝓfluuio sanguinis ꝛc̄) huma
nitas xp̄i dicit̄ eius vestimētū phil. ij. In
similitudinē hoim factus est habitu iuen
tus vt homo cuius fimbria sunt pedes tā
q̄m extremitates. mulier xij. ānis sāgui/
niflua fuit magdalena multo tꝑe pecca
tis polluta tangendo xp̄i pedes fuit sim/
pliciter emnūdata

Capl'm vi.

Et egress⁹ inde abijt in p̄riaz suā
) seq̄t̄ (vn̄ huic oīa) isti sil'es erāt
rustico q̄ crucifixum adorare no
lebat eo ꝙ lignū creuerat in orto suo (vo
cauit duodeci ꝛc̄) sequitur (⁊ precepit eis
ne quid tollerēt ꝛc̄). beda per peram one
ra seculi per panem delicie corporales ꝑ
es in zona sapiencie occl'tacio d̄signatur
qꝛ quisquis officiū doctoris accipit neqꝫ
oneribus secularium negocioꝝ deprimi
neqꝫ delicijs carnalibus resolui neqꝫ cō/
missum sibi talētū verbi sub ocio lenti cor
poris debet abscōdere. (quocūqꝫ introie
ritis i domū ꝛc̄.) theophil⁹ ne de gula cō
tingeret eos reprehendi ab alijs in alias
trāseuntes (⁊ audiuit rex herodes ꝛc̄) seq̄
tur postea. (⁊ ꝯtristatus ē rex ꝓpter iusiu
randuz ⁊c̄) beda dissimulator mētis sue
tristiciam prefert in facie cum leticiaz ha
beret in mente scelus qꝫ excusat iuramē
to vt sub occasione pietatis magis impi⁹
fieret ⁊ iō per ip̄z significantur illi qui sb̄
specie religiositatis machinant̄ opus fa/
cere malignātis ꝑ herodiadez vero signi
ficantur luxuriosa per saltatricē dissolu
tio libidinosa ꝑ q̄s Joh̄is. i. hominis gra
ciosi frequenter ꝓcuratur mors spūalis
⁊ aliquando corporalis (Et ait illis seor
sum ꝛc̄) theophil⁹ quiescere facit xp̄s di/
scipulos suos vt discant ꝓpositi ꝙ qui la
borant in opere ⁊ sermone requiē ꝓmerē
tur ⁊ ꝙ nō debent ꝯtinue laborare (⁊ pe
destres de ōnibus ciuitatibus cucurrerūt
illuc ꝛc̄) adhuc temporib⁹ istis pauperes
⁊ mediocres ꝑsone magis currūt ad ser
mones quā magne (⁊ cum iam hora ml'
ta fieret ꝛc̄) beda mistice d̄clinata die tur
bas saluator reficit quia cum sol iusticie
ꝓ nobis occubuit a spirituali inuidie ta
be sum⁹ saluati Prouocat apostolos ad

fractionem panis Insinuans ꝙ quoti/
die per eos sint corda nostra pascenda eo
rum scilicet litteris ⁊ exemplis. Per quin
que panes quinqꝫ moysi libri Per duos
pisces prophete et psalmi figurant Duo
decim cophini sunt duodecim fructus spi
ritussancti quibus reficimur in eucha/
ristie sacramēto (⁊ cū dimisisset eos abijt
in mōtez orare ꝛc̄) ꝑ hoc ostēdēs ꝙ orās
non debet in terrenis desiderijs iacere (
erat nauis in medio mari ꝛc̄) nauis ē cor
pus hūanū i quo ꝑm platonicos anima
est sicut nauta in naui que fluctib⁹ passio
nū ire et cōcupiscēcie q̄ sūt in organis cor
poralib⁹ freq̄ter ipellit et aliqñ ꝑiclitat
nam mot⁹ passionis aliqñ subuertit iudi
ciū racionis (ꝫ quarta vigilia) q̄ termia
tur in luce matutina xp̄s venit quia dum
mēs ad suꝑni lumis oculos erigit passio
nū impetus ꝯquiescit et tūc fit applicacio
ad terrā genazareth .i. generātis auram
ꝑ quā significat spūs aure lenis vbi ē do
minus .iij. Regl. .xix. et sanātur a lāguore
peccati.

Capitulū vij.

Et cōuenerunt ad eū pharisei ꝛc̄.
) spiritualiter illotis manib⁹ mā
ducare est imūde viuētem euca/
ristiaz tractare (popul⁹ hic labijs me ho
norat ꝛc̄.) labijs et non corde dm̄ honora
re est bene loqui et male viuere (bene irri
tum fecistis p̄ceptū dei ꝛc̄.) ꝫ autē faciūt
principes et p̄lati faciētes statuta sua sub
graui pena diligēter obseruari et parum
aut nihil curāt de obseruacōe mādatoꝝ
dei (et aduocās iterū turbā ꝛc̄.) ꝫ est ita
morale ꝙ non idiget alia moralitate (Et
inde surgēs ꝛc̄.) sequitur (mulier eni stati
vt audiuit ꝛc̄.) peccatrix aīa bene mulier
dicit fragilis et infirma cui⁹ filia est ope
racio p̄ua a deōne possessa Peccatores
dicūtur catelli ꝓpter qd̄ nō sūt digni reci
pere panē dei sed cū humiliter cōfitentur
peccata .eius filia sanat nam oꝑatio pra
ua delet (et adduct ei surdū et mutū ꝛc̄)
spiritualit surdus est iobediēs Mut⁹ lau
des dei debitas omittēs ꝫ tactu xp̄i vtrū
tollit impedimētū qꝛ cum xp̄s sua gratia
tāgit cor homis fit humilit obediēs ⁊ de
uote deū laudās ꝙ autē xp̄s sursū aspici
ens ingemuit fuit ad ostēdenduz ꝙ om̄e
remediū est inde cum deuociōe querēdū
(⁊ precepit eis ne cui dicerent) ad ostendē
dum ꝙ homo de suis bonis actibus non
debet querere laudes hominum

Capitulum. viij.

In illis diebus ꝛc̄.) Sequitur (mi
sereor super turbam quia ecce iā
triduo sustinēt me) triduo vero
dominum sustinent .qui contriti confessi
et satisfaciētes pro suo posse dei bonitatē
exspectant quoruz miseretur et pascit eos
septez panibus .i. septē donis spiritussācti
ne deficiant in via huius mundi .per sep
tez sportas remanentes significantur sep
tem dotes q̄ reseruantur dande post hāc
vitam que sunt clara dei visio fruicio ten
cio q̄ntū ad animam. Impassibilitas sb̄
tilitas agilitas et claritas .quantum ad
corpus in r̄surrectione (⁊ exierunt phari
sei ꝛc̄.) istis signum de celo querentibus
christus non dedit quoniā irrisores erant
et indigni apostolis autez dedit quoniam
ipsis videntibus in celum ascendit (Vi
dete et cauete a fermento ꝛc̄.) theophilus
fermentum vocat doctrinam corruptiuā
herodiani enim doctores erant qui hero
dem christum esse dicebant pharisei vero
tradiciones hominum dei preceptis pre/
ponebant. (.Et veniunt bethsaydam et
adducunt ei cecuz) per hoc autem ꝙ istū
ce cum illuminauit successiue significauit
ꝙ aliquando deus dat suam graciam au
gmētando primam datā (interrogabat
discipulos suos dicens quem me dicunt
esse homines et cetera.) per hoc ostendēs
ꝙ doctores debent inquirere de sua fama
vt si bona sit bonis operibus augeatur si
vero mala occasio tollatur. nam bona fa
ma doctoris. multum facit ad doctrine
fructum ⁊ mala ad detrimentum Grego
rius cuius vita despicitur restat vt eius
predicatio contemnatur (. Et cepit doce
re eos quoniam oportet filium hominis
pati et cetera) Sequitur (Vade retro me
ꝛc̄) ꝑ ꝫ oñdit ꝙ illi qui detinēt affcu car/

nali adhuc apti nō sunt cum sequi ꝑter qō petenti ꝙ permitteret eum primo se/pelire patrem suuz dixit dimitte mortuos suos Mat.viij(Si quis vult me sequi de/neget semetipm ꝛc̄)Beda. persecutionis tempe frangenda sunt desideria terrena

Capitulum nonū.

Et dicebat illis) Sequitur.(sunt quidā de hic stantib9 ꝛc̄)gustare mortem est incurrere culpā mor talem qō nō faciunt illi qui regnum dei semper attendunt.vel qui seueritatem ve nientis iudicis contremiscunt(q post sex dies assumpsit Jhesus Petrū ꝛc̄)Per di ebus factus est mundus Gen.i.ꝑ qō ꝙ sex dies figurari potest tot9 mundi decur sus quo completo christus suos vere disci pulos.i.electos ducet in montem excelsū id est in celum empireū glorioſos in ani/ma q corpore(videntes eius gloriam sin gularem q moysen q heliā cum eo loquē tes)id est legē q ꝓphetas cum euangelio concordantes.ꝙ autē petrus dixit facia mus hic tria tabernacula. nesciuit quid diceret nam omniū erit vna gloria. sicut vnus denarius diurnus .licet in illa sint diuersi gradus(precepit illis ne cuiq̄ cō vidissent narrarent)per hoc ostendēs ꝙ secreta diuina nō sunt nisi debito tempe publicanda(Helias autē cum venerit ꝛc̄.)Sequitur(dico vobis quia helias iam venit ꝛc̄)per hoc ostendit duplicē heliam sicut q aduentū christi duplicē Officiuz primi helie facit homo monens fratrē ca ritatiue.sicut prim9 aduentus fuit in mā suetudine.officium vero scdi facit prela/tus corripiens ex auctoritate quia scdus aduentus erit in potentia q maiestate.(Magister attuli filium meū ad te)per istū ab infantia veratum a demone significa tur peccator ab infantia nutritus peruer se sicut refert beat9 Grego.de puero quin quēni quem cuz teneret pater in sinu suo vidit demones in specie maurox venien tes ad rapiendū ipm q tunc deum blas/phemauit q statim expirauit q quoniam in tali etate crescēte crescit malicia(ha/bentez spiritū mutū)quia talis correctio nem ad bonū(qui spuit vbicunq̄ cuz ap prehenderit illidit illum)quia cedit cuilt bet tentationi demonū q spumat per ca/strimergiā q stridet dentibus per iracun diam q arescit per ignauiā(hunc discipu li curare non possunt) qz detemnit monti tiones hominū.ꝫ solus deus aliquando de gracia speciali curat eū .ideo subdit.(ego tibi precipio) q nō alius(exi ab eo et amplius ne introeas in eum)qō fit qñ ex dei adiutorio non patitur recidiuum ad qō designandū subdit(Jhesus aūt tenēs manū eius ꝛc̄)(Docebat aūt discipulos suos.ꝛc̄.)Sequit(q occisus tercia die re surgz)Theophi.p9q̄ ꝫo dixerat qō erat triste adiunxit qō debz letificare vt disce/remus ex hoc ꝙ post angustias leticie sō sequētur(siquidem inter se in via disputa uerant quis eorum maior esset ꝛc̄) Jero. vbi notandū ꝙ illi euntes disputabāt de principatu ipe vero sedens docet humili tatem quia principes laborāt q humiles requiescunt(q accipiens puerū ꝛc̄)Beda In quo malicia paruulos esse suadet vt simplicitatem sine arrogantia caritatem sine inuidia deuotionē sine iracundia cō/seruent(magister vidimus quendā in no mine tuo eijcientem demonia ꝛc̄)per istū qui nō erat de societate apostolorꝫ signifi catur laicus bonus qui nō habz predicā di officiū tamen bonis verbis q exemplis agit ad expulsionē demonis de corpibus primorꝫ q̄uis nō sequat̄ xp̄m p statū re ligionis q clericatuz(q quisquis vnū de pusillis credētibus in me scandalisauerit ꝛc̄)Gregori.p molam asinariā secularis vite circuit9 q labor exprimit p pfundū maris extrema damnatio designat. q̄ er go ad secularitatis speciē deductus .vbo ceteros destruit vl exemplo meli9 pfecto erat vt hunc ad mortē sub exteriori habi tu terrena acta constringant quaz sacra officia in culpa ceteris imitabilē demon strarent qz nimiꝫ etsi sol9 caderz vtcūq̄ hūc tolerabilioz inferni pena cruciaret.(etsi scādalisauerit te man9 tua ꝛc̄.)sanct9 Job.xxix.dicit oculs fui ceco q pes clau do .i.officiarius ignorantiū q adiutor im potentū. ergo manū abscindere q oculū eruere ne scādalisent est hominē quēcūq̄ sibi vtilē in temporalib9 a sua societate ex pellere si sibi sit ꝑiculū ruine in spūalib9

(Omnis eni igne salieť) ꝑ ignem ntelligē
possum⁹ spūssancti virtutē qui datus fuit
aplis in specie ignis ꝑ q̄m oīs saliť qꝛ ei⁹
discretione ad bonū dirigiť quia sic diciť
Sap̄.xiij.incerte sūt ꝓuidēcie nr̄e(ꝛ oīs
victima salietur sale).i.opus d̄o acceptū
ꝯdiť spūssancti directiōe(qd̄ si sal insulsū
fuerit ꝛc̄).i.si hūana discretio careat spū
scō non proficit sed aliquādo magis offic̄
qꝛ fcit hoīem nimis confidere de se ip̄o

Et inde exurgens ꝛc̄) Seq̄ ¶ C.x.
tur (si licet viro vxorē dimittere)
vxor ista pōt intelligi sapia philo
sophica ꝛ hec n̄ ē a tholog̃.doctorib⁹ si m
pliciter repellēda nā in multis valet ad fi
dei ꝯsolatōez ꝛ disputādo cū hereticis ad
eius defensionem ꝫ si fornicet̄ est repudiā
da ꝛ h̄ fit qn̄ ꝓpter rōnes phicas icipit q̄s
dubitare de fide q̄ est supra rōez(Et offe
rebāt illi ꝑuulos ꝛc̄) ꝑuuli possūt dici pau
peres ꝛ generis ifirmi per discipulos aūt
ipediētes ne offerāť xp̄o significāť ecc̄e r̄
ctores vel religiosi q̄ ꝓpter pauꝑtatē vl̄ ge
neris infirmitatē repellūt eos a debita ꝓ
motione vel receptiōe ad religionē cū tn̄
alias sint apti ꝓpter qd̄ ipediētes arguū
tur ore xp̄i ideo subdiť(taliū ē regnū dei
)Math̄.i.Beati pauꝑes spū qm̄ ip̄oꝝ est
regnū celorū(q̄squis nō recepit regnū dei
velut ꝑuul⁹).i.sine suꝑbia ꝛ dolo(nō in
trabit ꝛc̄ magister bone q̄d faciā ꝛc̄)ip̄m i
terrogabat qꝛ lꝫ crederet eū hoīez tn̄ euꝫ
reputabat in lege ꝑitū ꝓpter qd̄ xp̄s rn̄/
dens.d.(q̄d me dicis bonū) exq̄ me cre/
dis hoīez purū(p̄cepta nosti ꝛc̄)q.d.eoꝝ
obseruatio sufficit ad salutē ꝫ nō euangeli
cā ꝑfectiōez iō subdiť(vnū tibi deest vad̄
q̄cūqꝫ habes vēde)beda nō ꝑtē tm̄ sicut
ananias ꝛ saphyra Act̄.v.(da pauꝑibus
)nō amicis carnalib⁹ nisi fuerint indigen
tes(ꝛ habeb̄ thesauꝝ in celo)oñdit ꝙ pl⁹
r̄ddit q̄nto maius est celum q̄ꝫ terra.(
q̄ cōtristat⁹ abijt merēs)ipedit⁹ a ꝑfecti/
one q̄ꝫ querebat possessionū amoē.Beda
inter pecunias habere ꝛ amare multa di
stancia ē vnd̄ Salomō nō ait q̄ habꝫ ꝫ q̄
amat diuicias fructū nō capiet ex eis.Et
accipit amare ꝓ.finē i diuicijs ponere.et
de talib⁹ subdiť(.q̄m difficile q̄ pecunias
hn̄t ꝛc̄)ꝛ accipiť h̄ difficile ꝓ ipossibili vt
patet ex litera sequēti ꝛ declaratū fuit ple
nius Math̄.xix.(ecce nos dimisimus oīa
ꝛc̄)hoc spūaliter facit qui iordinatū amo
rē ad oīa t̄rena depōit ꝛ talis nūc recipit
cencies tm̄ qꝛ abiectiōe carnal̄ amor̄.r̄ci
pit caritatis donū quo se ꝛ oīa ordinat in
deū(multi erunt nouissimi p̄mi)qꝛ deten
ti circa terrenorū amorē inordinatū p̄mi
sunt in hoc seculo ꝫ erunt nouissimi in fu
turo(Quia ascendim⁹ ierosolimā ꝛc̄)fre
quēter p̄dicit discipulis passionē suā ꝑ h̄
significat ꝙ multociēs esset passur⁹ i mē
bris suis.vnde Act̄.ix.dixit saule saule q̄d
me ꝑsequeris ꝛ petro iminente sua passio
ne dixit vado romā iterum crucifigi(ꝛ ac
cedunt ad eū Jacob⁹ ꝛ Joh̄es ꝛc̄) isti cre
debāt xp̄m in ierusalē tꝑaliter regnatuꝝ
ꝛ qm̄ erāt eius cognati volebāt esse post
eū primi.ꝛ istis q̄ꝫtū ad hoc sūt similes q̄
de terrenis honoribus sunt multū soliciti
ꝛ de celestib⁹ negligētes qd̄ est valde fatu
um iō dn̄s dixit illis(nescitis q̄d peti.)sic
fatuus qui petit caseuꝫ ꝛ negligit aurum
(ꝛ audiētes decē ceperūt indignari.) hu
manū q̄d passi ꝓpter qd̄ xp̄s vtrosqꝫ rep̄
mens cepit eos docere de hūilitate ꝑ q̄m
honor celestis adquiriť ꝛ contēnitur ter
renus(Et proficiscente eo)Sequiť.(bar/
time⁹ cecus sedebat ꝛc̄)bartime⁹ q̄ filius
pinguedinis iterpretatur significat hoīez
in delicijs carnalibus nutrituꝫ ideo dici
tur cec⁹.s.sapie luce priuatus de qua dici
tur Job.xxviij.ꝙ nō inueniť in terra sua
uiter viuenciū quia delicie carnales hebe
tant intellectū(q̄ cum audisset ꝛc̄)talis ei
cum audit de saluatore.debet clamare ꝑ
orationem deuotam vt ab eo recipiat sa/
piencie lumen qui dat omnibus affluenť
saltem de necessarijs ad salutem C.ix.

Et cū appropiquauit ierosolimis
)seq̄ť(mittit duos ex discipulis)
per binariū insinuās ꝙ discipuli
sui hr̄e debēt geminā caritatē.s.dei ꝛ pro
ximi(ite in castellū)i.in mūdū ad p̄dican
dū(illic inuenietꝫ.pullū ligatū ꝛc̄).i.hoīez
dissolutū p̄ua ꝯsuetudine ligatū(suꝑ quē
nemo sedit)qꝛ nlli voluit obedire(soluite
)monitꝫ.vr̄is ex̄hentes eū de sua p̄ua ꝯsue
tudie(ꝛ adducite illuꝫ)ad ꝯfessionē fidei
xp̄iane seq̄ť(ꝛ imposuerūt illi vestimēta

sua).i.virtutū opera(⁊ sedit super eum) per obedientie actū(multi aūt strauerūt vestimenta ꝛc̄)Nam qñ aliquis insolens perfecte conuertit̄ ad deū alij plures animari solent ad simile faciendū(alij frondes ꝛc̄)per quas significatur leticia. ꝓpt̄ qđ per istos significant̄ illi qui gaudent ⁊ deum laudant de mutatiōe tali(⁊ introiuit Jerosolimā in templū)Beda Formā nobis religionis quā sequamur demonstrat vt cum quelibet loca in quib⁹ sit domus orationis intramus. Ad hanc primo diuertam⁹(⁊ circumspectis omnib⁹ ꝛc̄)qꝛ nullus recepit eum in domū suam abijt in Bethaniā quāuis gaudiose recepissent eum in mane. ideo per istos significantur illi qui cum gaudio recipiunt p̄dicationis verbum ꝫ nō faciunt fructū (cunqꝫ vidisset ficuꝫ alonge habentē folia tm̄)ideo per ip̄am significat̄ ipocrita habens tm̄ apparentiā sanctitatis ⁊ nō opera ꝓpter qđ dei maledictionē incurrit(⁊ cum introisset in templū cepit eijcere vendētes ꝛc̄)isti sunt adulatores qui laudes falsas vendunt prelatis ⁊ ipsi eas emunt ecclesiasticis beneficijs indebite collatis (⁊ mensas numulariorꝫ)isti sunt mali p̄lati ⁊ curati qui magis student pecunijs leuādis q̄ꝫ animab⁹ saluandis(⁊ cathedras vendentiū columbas).i. ecclesiastica sacramenta in quibus dat̄ gracia. sic ergo domus dei spelunca latronū efficit̄ qꝛ latrociniū est quicq̄d dictis modis adquiritur(quo audito p̄ncipes sacerdotū ꝛc̄)adhuc durat ista persecutio ꝯtra detestantes vicia eorꝫ(baptism⁹ Johānis ꝛc̄) sequit̄(nec ego dico vobis ꝛc̄)Beda.q.d nō dico vobis qđ scio quia non vultis dicere qđ scitis Duab⁹ aūt causis maxie scientia veritatis ē occultanda querentibus cum scilꝫ is qui querit non est capax ad intelligendum qđ querit. aut indign⁹ est vt ei debeat aperiri ⁊ hic vtrunqꝫ concurrebat

Capitulū.xij.

Et cepit illis parabolice loqui vineam pastinauit homo).i.Christus plantauit ecclesiā sanguine suo(⁊ circūdedit sepem).i. euangelicam doctrinā(⁊ fodit lacū).i.abundātie sp̄s sancti defluxū(⁊ edificauit turrē).i.specialem angelorꝫ custodiā(⁊ locauit eā agricolis.i.xp̄ianis.(⁊ peregre ꝓfectus est.) Beda.nō loci mutatione ꝫ abire dicit̄ a vinea qꝛ vinatoribus liberꝫ operandi arbitriū derelinquit(⁊ misit seruos suos ad agricolas).i.bonos ep̄os ad malos christianos arguendū ⁊ aliquos ceciderunt vt Johānem damascenū cui absciderunt manū. ⁊ sanctū brixium contumelijs afflictum. ⁊ sanctū Thomā Cantuariēsem occisum ⁊ de plurib⁹ alijs similia legunt̄ (adhuc ergo vnū habēs filium ꝛc̄)hic est xp̄us qui mittit̄ inuisibiliter a patre quādo aliquē instigat ad bonū ꝫ aliqui sunt ingrati eius instinctū nō solū expellētes. ꝫ etiā pessime agētes ꝓpter qđ q̄ꝫtum in eis est occidunt eū de quib⁹ dr̄ Hebre. vi Rursus crucifigentes filiū dei ⁊ sic dei iusticia mali perduntur ⁊ vinea locat̄ alijs cū eorꝫ loco boni surrogant̄(⁊ querebāt eū tenere ꝛc̄)Raban⁹.hoc ꝯtinue geritur in ecclesia cū quilibet solo nomine sup eā quā diligit ecclesiastice fidei ⁊ pacis vnitatem ꝓpter cohabitantiū fratꝝ bonorū multitudinē aut erubescit aut timꝫ impugnare(Magister scim⁹ qꝛ verax es ꝛc̄) cōiter dicit̄ qui bene scit vngere bñ scit pungere. propter qđ minutores vngunt oleo oliue lanceolas suas vt melius possint venam pungere ⁊ sic fecerūt isti ⁊ similiter alij ꝓditores(reddite ergo q̄ cesaris sūt ꝛc̄)ꝑ herodianos q̄ gloriātes in pellibus interp̄tant̄ p̄lati bene forrati significātur ꝑ phariseos q̄ interp̄tant̄ diuisi significātur religiosi habitu ⁊ vita ab alijs diuisi ⁊ isti reddē dñt deo deuotionē ⁊ mūdo vitā exēplarē(mgr̄ moises scripsit nobis ꝛc̄)exponat̄ vt.s̄.Mat.v.(interrogauit eū qđ eēt p̄mū oim mādatū ꝛc̄)iste q̄rebat de p̄mitate dignitatis vt pꝫ ex sequētib⁹. ꝓpt̄ qđ sil̄es sūt nouicij q̄ statim ardua religionis volūt facere ⁊ nō potētes recedūt a religione(q̄modo ergo dicūt scribe xp̄m eē filiū dđ ꝛc̄)ꝑ xp̄ꝫ q̄ vnct⁹ interp̄r rex ꝑ vnctionē institut⁹. sicut ē rex Frācie significat̄ q̄ fili⁹ est ep̄i Parisiēsis in sp̄ualib⁹ ⁊ ei⁹ domi⁹ in tp̄alib⁹ sic xp̄s ē fili⁹ dđ ꝫꝫ carnē ⁊ ei⁹ dñs ꝫm deitatē(cauete a scribis ꝛc̄)⁊ in fine ꝯcludit̄ hic (accipiēt ꝓlixius iudiciū)i.ꝯdēnationē. qꝛ sicut dicit

Jero. ſimulata ſcitas duplex eſt iniquitas (Et ſedens ihs ꝺtra gazophilaciū aſpicie bat quō turba iactaēt es in gazophilaciū)magis ponderās q̄ntitatem deuotionis q̄m muneris vnde cōſequenter vidua po nens duo minuta pl⁹ laudaī ab eo q̄m di uites ponentes munera magna Mozalit hec vidua paup ꝺici poteſt p̄ſōa ſimplex carens diuicijs ⁊ ſcripturaruz noticia. q̄ tamē apud deuz plus meretur oꝛōnibus ⁊ bona vita quā potentes in tēpalibus ⁊ ſcia magna vñ Augl. cū legiſſz vitā pauli ſimplicis dixit ſimplices ⁊ illīati rapiunt celū⁊ nos cū lr̄is nr̄is trahimuz ad ıfernū

Et cū egrederet de tēplo (Ca. xiij)templū dei q̄libet religio poteſt ꝺici que ſic deſtruit q̄ non rema net lapis ſuper lapidem quando nō r̄ma net ibi oſtꝛmitas ad p̄mū fundatoꝛē. Et cū ſederet in monte oliuaruz contra tem plum) p̄ hoc ſignificauit q̄ cult⁹ noui te/ ſtamenti abijceret cerimonias iudeoruz (multi enim venient in nomine meo ꝛc̄)a thanaſi⁹ in vnaquaq̄ hereſi diabol⁹ figu ratus ꝺicit ego ſum criſtus⁊ apud me ve ritas eſt (cū autē audieritis bella ꝛc̄) Am/ broſi⁹ ſūt autē⁊ alia bella q̄ vir ſentit cri ſtianus ſcilicet diuerſaruz p̄elia cupidita tis ſtudioꝛum oꝑictus multo etiā grauio res ſunt hoſtes domeſtici quā extranei. (opoꝛtet hec fieri ſed nōdū ē finis). magni tudo malorum p̄cedenciū generale iudi/ ciuz eſt figura ſequēciū inop̄abiliter gra uioꝛum. (. tradet āt frater fratrem i moꝛ tem ꝛc̄) ſpūaliter āt vn⁹quiſq̄ tradit pro pinquū ſuuz in moꝛtem q̄n ip̄am inducit in culpam moꝛtalem (cū autem videritis abominationem deſolationis ꝛc̄) per quā poteſt intelligi ſimonie vicium qđ ē ađo abominabile eſt etiā deſolatiuuz eccleſie qꝛ per hoc indigni p̄mouentur ⁊ digni f pellūtur q̄ quidē abominatō ſtat vbi ñ ꝺz q̄n in eccleſie p̄latis locum habet (tūc qui in iudea ſunt) id eſt in oꝛeſſione veritatis eo q̄ iudea confeſſio interp̄tatur. (fugiāt ad mōtes) i. recurāt ad ciues celeſtes p oꝛationē deuotaz vt deus amoueat peſtē iſtam (⁊ qui ſupꝛa tectum ꝛc̄). i. bon⁹ otē platiu⁹ (et qui in agro). i. bon⁹ actiu⁹ neu ter iſtoꝝ querat ꝫ magis fugiat talem p motionē vel poci⁹ dānatiōem ideo ſequit (ve aūt p̄egnātibus). i. illis qui oceperūt in animo taliter p̄moueri (⁊ nutrientib⁹). i. p̄motis ſimoniace ſe laute nutriētib⁹ de bōis eccleſie (oꝛate ergo vt hyeme nō fiant). i. vt dicte p̄motiōes ſimoniace nō fugiant tepide ꝫ in caritat. feruoꝛe (erunt aūt dies illi tribulationis ꝛc̄). ſ. maioꝛis q̄m tēpoꝛibus tirānoꝛum de qua beatus Bernard⁹ exponit illud Jſa. xxxviij. Ecce in pace amaritudo mea amariſſima ꝺ. q̄ hoc ꝺicere pōt modernis tem p̄bus eccle ſia qꝛ maioꝛa mala ſpūaliter patitur ſub pace p̄ncipū xp̄ianoꝛum p̄pter ſimoniaſ ⁊ alia mala clericoꝝ q̄m patēt ex p̄ſecuti one tirānoꝛuz ⁊ dñs p̄ ſuā gratiā breuiet illa mala (tunc ſi quis vobis ꝺixerit ecce hic eſt criſtus) de cp̄o vel ſacerdote male promoto qui xp̄s. i. vnctus ꝺici pōt eo q̄ per vnctionem eſt inſtitutus (ne credideri tis) qꝛ ſic omēdantes eos de ſcia vel vita ſunt mēdaces ſequit (ſol ꝺtenebrabit). i. xp̄us ſcd̄m apparenciam hominum vnō ꝺicunt q̄n fiūt tales p̄uerſe p̄motiōes q̄ xp̄us doꝛmit eo q̄ talia mala p̄mittit (et ſtelle celi erūt cadentes) nam hoies boni ⁊ literati p̄ dicta dep̄mūt in eccīa dei (et virtutes que ſunt in celis mouebūtur) nā homines ꝺtēplatiui mirātur aliq̄n p̄pter p̄dicta de paciencia dei (⁊ tūc videbunt fi liuz homis ꝛc̄.) qꝛ tūc cogitāt q̄ xp̄s bōis viris h̄ deiectis reſeruat bona maioꝛa (a ficu autē diſcite p̄abolam ꝛc̄) cū incipit ra mos ⁊ folia p̄ducere ſignū eſt fructifica/ tionis future ſic bona indoles iuuenis ſi/ gnum eſt boni p̄fectus ſequētis (ſicut hō q̄ p̄egre p̄fectus ꝛc̄) h̄ de deo ꝺr̄ eo q̄ a nob̄ in p̄nti nō vr̄ (⁊ dedit eis ptātē cuiuſ/ q̄z opis) h̄ ꝺr̄ qꝛ ꝺimittit hoies agē ſcōm libertatē ſue volūtatis (. ⁊ ianitoꝛi p̄cepit vt vigilet). i. rōni q̄ ꝺz eſſe vigil ad clauꝺ dū hoſtiū oſenſ⁹ diabolo ⁊ ad apiendum xp̄o q̄ ad hoſtiū pulſat q̄n ad bonū nos i uitat (ſero an media nocte ꝛc̄.) p̄ mane ſi gificat iuuēt⁹ p̄ gallicātū viril' ſtat⁹ p̄ me diā noctē ſenect⁹ p̄ ſero ſeniū ⁊ qꝛ dñi ad uent⁹ ē nobis incertus iō vigilādū ē oib⁹ etatib⁹ vt i moꝛte veniētē eū recipiam⁹ p bonā volūtatē Capl'm .xiiij.

Erat āt paſca ꝛc̄) theo. voluit ei dñs i paſchate crucifigi qꝛ ip̄e erat verū paſcha (. ⁊ querebant ſummi ſacerdotes

ꝛc)adhuc aliqui de istis xp̃m p̄sequūt in membris suis(ꝙ cū eēt i domo symōis le
prosū)p ꝟ oñdit ꝙ p̄dicatores abhorrere
nō dēt pc̄ores(venit mulier hās alaba
strum ꝛc)mulier ista rōnal' est aia q̄ fran
git alabastꝝ cū rōnabilit̄ domat corpus
ꝑpriū ꝙ qm̄ hoc cedit ad honorē dei effū
dit sr̄ caput xp̄i.i.Cor.xi.Caput xp̄i de⁹
)(erāt āt quidā indigne ferētes)istis sūt si/
miles illi q̄ grauiꝰ portāt expensas.x.soli
dor p xp̄o q̄ quinq̄ginta vel centū pro
mūdo.ideo subdit̄(finite illā)eiꝰ approbā
do operationē(ꝙ iudas scariotes ꝛc)Be
da Multi hodie scelꝰiude.s.ꝙ dñz ac ma
gistrū deū q̄ suū pecunia vēdiderit velut
immane ac nephariū abhorrēt nec tñ ca
uēt nā cū p munerib⁹ caritatis ꝙ verita
tis vitā spernūt.deū q̄ caritas ꝙ vita est
spernūt(ꝙ p̄mo die afimor)sequit̄(ꝙ mit
tit duos ex discipul' suis ꝛc)s.petr̄ ꝙ iohā
nē vt dr̄ Lu.xxii.p petr̄ significat̄ actio
bona.p iohem otēplatio deuō q̄ p̄parāt
pasca.i.disponūt ad xp̄z debite sumendū
p̄parant āt in cenaculo.i.in hoie p orōez
in deū eleuato grādi lōgitudine longani
mitatis Lato latitudine caritatis.strato
varietate ⁊tutis(Mesp̄e āt fcō ꝛc)p hoc
āt ꝙ xp̄s i mēsa denūciauit suum p̄dito/
rem designauit qđ multi p̄ditorie venūt
ad mēsaz suā Jero. Dic sacerdos dic cle/
rice q̄mō eisdē labīs deosculaꝛis filiū ⁊/
ginis q̄bꝰ deosculatꝰ es filiā meretricis(
o iuda osculo filiū hōis tradis ꝙ mātucā
tibꝰ ill' accepit ihs panē ꝛc)p ihm qui sa/
lus interp̄r intelligit̄ bonꝰ p̄latꝰ xp̄i vica
rius ꝙ de sua subditor̄ q̄z salute solicitꝰ ꝟ
accipit panē cū diligēter studet sacrā scri
pturā ꝙ bñdicit q̄ deo attribuit eiꝰ intel
ligentiā frāgit āt ꝙ dat deuote p̄dicādo.
Ecōtra ꝺ ignorāte dr̄ Tren.iii.puuli pe
tierūt panē ꝙ nō fuit q̄ frāgeret eis(acce
pto calice ꝛc)p quē p̄secutio designat̄ in
scriptura hic calix sumit̄ pacienē tolerādo
ꝙ dat̄ alīs ad simile exhortādo(ꝙ hym/
no dicto exierūt in montē)p ꝟ oñditq; as
cendēs ad vitā artiorē p̄mo dz implorare
clemētiā diuinā(ꝙ ait ill' Ihs oēs vos scā
dalisabimini ꝛc)Crisosti. Carnale ē cadē
ꝟ diabolicū est iacē(Petrꝰ aūt ait illi.etsi
oēs scādalisati fue.ꝛc)cōiter accidit q̄ illi
q̄ alīs in ⁊tute se p̄ferūt turpiꝰ alīs ca
dūt.ió subdit̄(amē dico tibi ꝛc)(ꝙ venīūt
in p̄diū qđ dr̄ getsemani)qđ interp̄tat̄
vallis pinguedinis.ió significat humilitatē
grōsaz.p ꝟ ergo ꝙ xp̄s orauit ibi humili
ter significat̄ ꝙ orō humiliantis se veracit̄
deo ē accepta Eccl'.xxxv. Orō humiliātis
se nubes penetrabit ꝛc.p ꝟ āt ꝙ dñs dici
tur hic ter orasse.docuit nos orare p̄fecte
qz p̄fectio dīsistit in tribꝰ s.p̄ncipio medio
ꝙ fine(Pcūq; osculatꝰ fuero ꝛc(amicicie
signis p̄ditores vtunt̄ vt cor dolꝰ latēti⁹
peragat̄(ꝙ amputauit ei auriculā ꝛc.)ꝟ
signū fuit de mētis aure iudeor̄ āputāda
sicut pz p effectū qz nihil audire volūt de
salute sua(at ille relicta syndone nudꝰ p
fugit ab eis)Beda.q̄ vult fugere manus
iniquor̄ relinquēs mēte q̄ mūdi sūt fugi
at pr̄ xp̄z sicut Joseph relicto pallio fugit
de domine manibꝰ impudice(petrꝰ āt alō
ge secutꝰ ē ꝛc)Beda.merito alonge seque
bat̄ qui erat de p̄timo negaturus nō eiz
negare posset si xp̄o p̄timꝰ adhesisset.(ꝙ
sedebat cum ministris Jero. Atriū sacer/
dotis ē circuitus secularis.ministri demo
nia.cum quibꝰ qui sedet nō pōt fidē pecca
ta Ignis aūt desideriū ē in carne(Cūmi
vero sacerdotes ꝙ omne consiliuz quere/
bant aduersus ihm testimoniū)modus
aūt iudicuz iniquor̄ est aduersus innocē
tes querere testimonia ꝙ recipere falsa.(
summꝰ autē sacerdos scindens vestimen
ta ꝛc)per hoc fuit significatū ꝙ p̄scindē
dum erat sacerdotiū iudeor̄ sicut ꝙ stabi
litas sacerdotij christi.p hoc qđ eius tu/
nica etiā a crucifigētibꝰ cū nō fuit scissa(
ꝙ ceperunt quidē cōspuere cum ꝛc)Jero.
vt sputaminib⁹ susceptis faciē anime nr̄e
lauaret.ꝙ velamine faciei sue velamē cor
dium nr̄or̄ auferret.ꝙ collaphis quibꝰ
in capite p̄cussus est caput humani gene
ris qđ est Adā sanaret ꝙ alapis quibus
exp̄almatꝰ est laus eius maxima manib⁹
nostris labīs qz plauderet.vt dicit̄.oēs
gētes plaudite manibus(ꝙ statim iteruz
gallus cantauit ꝛc)Jeroni.Gallus lucis
nuncius quid est nisi spiritus sanctꝰ cuiꝰ
voce in ꝑphetis ꝙ apostolis nos de trina
negatione excitamur ꝙ amarissimos pꝰ
lapsum fletus qui male de deo cogitamꝰ

⁊ male locuti sumus proximo ⁊ male fe
cim⁹ ad nos ip̄os

Capitulum .xv.

ET interrogauit eū pilatus ꝛc̄). iu
ste traditi sunt romano exercitui
qui saluatorem tradiderunt rōno
rum presidi (ita vt miraret̄ pilat⁹) scilicet
de eius paciencia quem audierat ꝑitū in
lege ⁊ potentē ad omnia respondere (. pō
tifices autem concitauerūt turbaz ꝛc̄) ad
huc hodie aliqui magni nituntur saluare
⁊ etiam ꝓmouere malos homines q̄m
bonos (pilatus autem volens satisfacere
populo ꝛc̄) sic faciūt mali iudices ꝓ fauo
re humano iusticiam subuertentes ⁊ ce/
perunt eum salutare ꝛc̄) ita faciunt multi
in ecclesia deuote salutantes eū in apparē
cia ꝫ eū expoliant bonis ⁊ affligunt ⁊ ꝑ/
cuciūt in mēbris suis (⁊ angariauerūt q̄
piam ꝛc̄) sic hodie multi portant in anga
ria crucē pnie (⁊ dabant ei bibere vinum
mirratum ꝛc̄) similiter hodie multi dant
xp̄o bibere potū amaꝝ ⁊ diuidūt sibi ve/
stimenta sua. rapientes bona simplicium
xp̄ianorum (⁊ cum iniquis deputatus est
) sic hodie fit ip̄i⁹ mēbris ꝑ iusticie subuer
sionem in multis locis (⁊ p̄tereuntes blas
phemabant eum ꝛc̄) hoc similiter faciunt
detractores bona facta mēbrorum cristi
denigrantes (deus meus vt quid dereliq̄
sti me ꝛc̄) ꝓpter qd̄ nō debet xp̄ian⁹ mira
ri si a deo ꝑmittitur per malos tribulari.
quia sic suo capiti ꝯformatur. (. ⁊ velum
templi scissum est) i. Cor. iij. dicitur tem
plum dei sanctum est qd̄ estis vos ⁊ ideo
velum huius templi scindit̄ qn̄ ꝑ ꝯpassio
nem mortis cristi fidelis ab omni terreno
rū inordinato amore sepat̄ (vidēs autez
cēturio ꝛc̄) per hoc ꝙ ille gentilis ꝯfiteba
tur in xp̄o veritatē deitatis. significata fu
it illuminatio futura genciuz ⁊ excecatō
iudeorū (venit Joseph ab arimathia) seq̄
tur (⁊ petijt corpus iesu ꝛc̄) moraliter Jo
seph qui interp̄tat̄ accrescens corp⁹ Jesu
petit qn̄ ꝑsona crescens in virtutib⁹ euca
ristiam sumit ⁊ inuoluit in sindone qn̄ de
uocionem suā abscōdit ab hūana laude ⁊
ponit i monumēto qn̄ iugr̄ cogitat de ip̄o
qꝛ monumētū dicit̄ quasi monēs mētem
ꝑ hoc āt ꝙ sancte mulieres aspiciebāt vbi
poneret̄ significatū fuit ꝙ religiose ꝑsone
q̄ sūt mūdo mortue debent cū eo ꝑ ꝯpassi
onē sepeliri vt resurrectiōis eius ꝑticipes
fieri mereantur

Capl̄m xvi.

ET cū trāsisset sabbatū) sequit̄ (vt
veniētes vngerēt ih̄m) Gregl. nos
āt in eū q̄ mortu⁹ est credētes si
odore virtutū referti cū opinione bonorū
oꝑm deū q̄rim⁹ ad monumētū ip̄i⁹ cum
aromatib⁹ venim⁹ (viderūt reuolutuz la
pidē) ꝑ h̄ āt reseratio misteriorū xp̄i signi
ficat̄ q̄ velamie legis in lapide scripte tege
bant̄ (p̄cedet vos in galileā ꝛc̄) q̄ transmi
gratio interp̄tat̄ ꝓpter quod q̄ vult deuz
videre dz de vicijs ad v̄tutes trāsmigrae
(⁊ nemini q̄cq̄m dixerunt) th̄op. mulieri
b⁹ eni audire non loqui datū est. discere n̄
docere (Surgens āt ih̄s apparuit primo
Marie magdalene) beda recte āt hec mu/
lier q̄ leticiā dominice resurrectionis pri/
mo nunciauit. a septē demōibus curata
memorat̄ ne q̄sq̄z digne penitēs de uenia
ꝯmissorū desꝑaret et vbi abūdauit pecc̄m
